BIBLIOTECA
E.F. San Roman.

S. Román-2-Sotab-Inc. 32

1-7-9

4158

~~12-7~~ +

[illegible]

39 folios

# Dialogi quattuor ſuper auſpicato Hiſpaniar̄ ꝑncipis emortuali die Jacobo a villaſcuſa auctore q̄ʒ celeberrimo nouiſſime impreſſi foeliciter incipiūtur



¶ Foelix quem faciūt aliena pericula cautū
Eſt fortunatus foelix diueſqʒ beatus

ACADEMIA DE LA HISTORIA
BIBLIOTECA
SAN ROMAN
1498

¶ Gaſpar armengotus morem gerendi cupidiſſimus cōſpicu-
um Virū Jacobū Ramirez Hiſpalenſem decanum ꝓmeritum
Plurima ſalute impartiri iubet.

Tameſi litterarꝝ monumētis ꝓpemodum innumera ꝑdita
fuere cōſpicue vir: ſitq; tāta voluminū denſitas (qua maiorib⁹
etiā atq; etiam debeam⁹ praeterit neminē) vt nonmodo ſeniuꝫ
attingentes (quorꝝ mens ad litteras capeſſendas ꝓpenſior eſt)
eruditiores breui euadere poſſint: At equidē tenellū agētes ae
uū (puſillo etiā tꝑis curriculo) ꝯpluriū facultatū apicem nāciſ
ci facile queant. At quantū praeſens quippe aetas caeterarum
foelix eſt: quantumue ipſi auſpicato ſucceſſerit: vt quo priores e-
molumento fuerint orbatae: ea ſecundae obtinere valuerit
Nempe vnicuiq; (nec inquā ab re) inſcitiā dare vicio: omnis de-
niq; ſue cauſaꝝ ineruditionis afferentes: ſupramodū deteſtari:
op⁹ vtiq; eſt. hac beatiore ſiquidē tempeſtate á mortaliū ſuſcipi
pienda ſit nemine. eo potiſſimū: cui ſuo ex munere litterarꝝ inſti
tutio īpenſe incubuerit mag⁹ magiſq; ſuo ꝯgruū erit officio. Verꝝ
qñquidē hūc inter lectitandū libellū (incredibili ſaepius affect⁹
voluptate) plura ⁊ placraq; nō tātū viſu digna: aſt memoriae
tenaciter mandāda compererim: nedū liberalibus in artibus
edoctioribus commoda: vero ſacras litteras callentibus prae-
moduꝫ conducētia. ea quādo ibidē ⁊ agatur ⁊ diſſerat̃ res: cu-
ius nomē internam cuiuſuis aurem: ſaepius ac ſaepius pulſa-
re deberet. ꝓinde publico ſane conſulens operaepretio: quate-
nus ederetur operā accurate nauarim. / Quis per caelites
hominū atq; fidem (citra verſutiaꝝ/aemulationiſq; ſumopere
refugiēdae amatorē) lōga temporis intercapedine conſumi: tā
tum linquere quiuiſſet libellū? Nemo mehercle Nemo. eo quidē
maxime: quo hoc in libello: quattuor tantūmodo dialogis clau
ſo: mors (cui⁹ nomē vt iterꝝ repetam: mortaliū pectora noctu in
terdiuq; ꝑcellere deberet) cōſolatoriū ve mortis remediū (cui⁹
ob inſcitiā porro placriq; extremū aegre ferūt diē) ⁊ exq̇ſitim ⁊
exacte habent̃. Num cōiectura quiſpiaꝫ colliget ſatius: futiliū
librorꝝ paginas (quae procul falſo q̄ plurimae ſunt) euoluere: q̄
hos hilariter lectitare dialogos: in eis etenī ipſis: cum hiſtoriae

(longioris needum aeui/ at praeſentis/ ⁊ qui iamdudũ degere)
exempla/ naturales rationes/ phiſicaſq;/ tum complura: ſacris
ex codicib⁹ elaborate depꝛōpta: ponũtur. ad ſabreq; (vt pericu-
lo quiuis comprobare poterit) cõtinẽtur./ Quoꝝ prim⁹: ſaeuae
mortis ⁊ perq; celſae iſabelae hiſpaniaꝝ reginae praemodũ con
ſpicuae dialogus . obitus ineuitationẽ: eiuſdemue cauſam/
praepediri/ ꝑclariq; valeat necne: adamuſim diſſertans./ Se
cũd⁹ ferdinãdi iberiae Regis ꝙ illuſtriſſimi: ac margaritae vic-
toriosiſſimi caeſaris filiae: ioannis olim conſortis chariſſimae:
dialog⁹ eſt. vaſtum margaritae luctũ: ſup ſui coniugis obitu: e-
docens./ Tertius fer. Re. chriſtianiſſimi: eiuſq; contoralis regi-
nae admodũ inclytae: conſolatori⁹ eſt dialogus. ſolatorias ratio
nes habẽs complures. opem maeſto animo ferens. ac infauſti
caſus exempla/ ⁊ vita defũctoꝝ leuamina: ſollerter admonẽs.
ꝑma in eiuſdẽ dialogi ratõe: de aīae immortalitate/ carniſq; no
uiſſima ſurrectione offitioſe agitur. beatoꝝ corpoꝝ/ damnatoꝝ
ve cõditionẽ: luculenter ediſſerens./ Taz commodi vectigalis:
tantiq; hui⁹ operis momenti rationẽ habens: totũ quaten⁹ e-
tiam per orbẽ illuſtriſſimoꝝ ꝑncipũ animi aequitas (vnico ip-
ſoꝝ filio naturae vltima foeliciter perſoluẽte) liquido ꝓpalet:
ſitq; omni in regione compertũ vt aequanimiter inclyt⁹ ioan-
nes heſperiae quõdã ꝑnceps: mortẽ oppetierit. vtve etiã etiãq;
(ſui tenerrimi aeui ratiõe penſiculata) toleranter reb⁹ excelſe-
rit humanis: Regi ac Reginae ꝑncipibuſq; meis: morem gere-
rem mihi imperãs: tibi atq; obſecundari apprime cupiẽs: hui⁹
libelli aditionẽ paſſus ſum minime./ Tuã deniq; humanita-
tem iteꝝ atq; iteꝝ rogatam velim: vt quam mihi hactenus be-
nignã ꝑperi: aliã ſeſe mihi in poſterũ praeſtare nolit./ Vale in
aeuum. § § §.:.

Inuictiſſimae iſabelae hiſpaniarū ⁊ ſiciliae auguſtae clariſſi-
mae ⁊ ſaeuae mortꝭ: de obitu ioãnis ſereniſſimi eiuſdē filij vnici:
iacobo á villaſcuſa in theologia ꝓfeſſore ĩitiato: gienenſi d̄cano:
illuſtriſſimae ioannae archiducis auſtriae ꝓtoſacerdote aucto-
re: dialogus.



¶ Mors
bi nā eſt ioānes vidiſtiſne illū? ¶ Regina.
v Quis horrendum neſcio quid intonat in regia? Ar-
cete illū cubicularij. altū nāq; dormit vnic⁹ mihi ioā-
nes. ſecum ē chariſſima nobis: eius contoralis margarita auſtriae
Videte ne quis eoꝝ rūpere ſomnū tentet. ¶ M. Joannē
quaero. eſt ne quiſpiā q̄ illi⁹ cubiculū patefaciat: aut vbi nā ſit
ſignificare velit? ¶ R. Pigros vos atq; inertes appel-
lo miniſtros. nūne q̄ſpiam veſtrū clamātem hūc neſcio quē nō
abigit? ad ſtipendia prompti: ad miniſteriū pigri ſemꝑ eſſe cō-
ſueſtis. ades manſilla quē in his ſemꝑ caeteris accuratiorem ex-
ꝑta ſum: quidq; in aula horrendū ſonet: vide. neſcio em̄ cui⁹ vo-
ce ioannes quidā quaerit: cui⁹ adeo me ſtridor ꝑterruit vt nec
dyoniſaei mugitus tauri (cuius antiquitas meminit) eſſe potu-
erit horribilior. accurre cito. clamanteq; etiā renitentem domo
pelle ¶ M. Joannē quaero. quis mihi illū oſtendet? fu-
giūt em̄ (vt video) faciē meā omnes/ nonmodo exteri/ ſed & do-
meſtici: quib⁹ tutandū regium corp⁹/ regaeq; ꝓlis cōmiſſū eſt.
quid fugitis inſidi: quidni eam ad quā dicati eſtis opem: veſtris
praeſtatis ꝑncipibus? at vos (vt video qd̄ ſaepe quoq; audierā)
ſtipēdia quaeritis pecuniāq; extorquere curatis. neq; dominos
vero praedā ſequimini. ſeruū inquā & laboris/ & mercedis ꝑtici-
pem eſſe decet. Fideli⁹ equidē arcem anſer cuſtodiuit tarpeius:
quā vos regia corpora/ regūq; liberos cuſtodiatis. O aulici q̄ſq;
me audit: ſi ioannes vbi ſit dixerit: mercedē á me nō exiguā acci-
piet. ¶ R. Quiſq; ille es qui grandia ꝓfers: ad me in cu-
biculū introito: quidq; velis ſignificato. tuis em̄ vereor clamo-
rib⁹ vnici angeli mei rumpas quietē eiuſq; ſuꝑ omnes dilectiſ-
ſimae contoralis. ſimul em̄ in cubiculo ſūt. dilectū ergo meū eui-
gilare facias (q̄ad ipſe velit) maximoꝑe caue. ¶ M. Eui- cauē. ꝑ.
gilare quidē facio nemīnē. immittere āt ſomnū etiā vigilātib⁹:
id mihi eſt datū. ſed quis nā ē: quē ego ſuaue loquētem audio?
ingrediar ne an foris clamabo? haec em̄ penetralia iamq; dedi-
diſcerim. tres q̄nquid ē et viginti āni ſūt: qd̄ regiā haud ſim in-
greſſus hiſpanā. adeo vero labilis memoriae ſum: tātaq; cubi-
culoꝝ ſecreta ꝑluſtro: vt vix cellaꝝ dom⁹ tenere memoriā queā.



R. ACADEMIA DE LA HISTORIA
BIBLIOTECA
SAN ROMAN

in li.º de me
mo. ⁊ remi.
ariſto.

ſcribus cū id dat vt labiles memoria ſint. ego aūt ſenio ipſo viu
co mathuſalē: āgeliſqꝫ ſū ꝑpe duratōe aeq̄lis. ſꝫ q̇s me vocat?
R. Intra tuꝗ ꝑſtius praeco. neqꝫ pluribꝰ priuſqꝫ me videas loq̄
ris. ❡ M. Quiſnā es: q̇ me audacter ad cellā introducis.
❡ R. Hiſpaniae/ ſicaniaeqꝫ auguſta/ vocat te. ſi tibi in europa
naſci ꝯtigit: nō ignotū tibi erit hoc nomē. nā aſianos legatione
ego accepi: qui (vt opinor) genti ſuae me notā fecere. ſoldani ca
duceatores hanc noſtrā qn̄qꝫ petierūt curiam. Georgianoꝝ pri
cipis nuncios allocuti ſumꝰ. ⁊ indiȷ (q̇ orientaliū ꝑmas tenēt ſe
des) noſtrū nō ignorāt imperiū. tibi ḡ vndecūqꝫ veneris: hiſpa
nienſis nō erit ignota gloria. meiqꝫ nomē ſaltē audiſſe ꝯtinget.
❡ M. Aſiam/ europā/ aphricāqꝫ/ ego circuiui: immo ⁊ hāc hiſ
paniā perluſtraui: ſed fateor nūqꝫ regnalē vultū vidi. ❡ R.
Nūqꝫ ne reginae cuiuſpiam vultum cerniſti? ❡ M. Cerni
fateor vultꝰ reginales non paucos ⁊ nulla in hiſpania me prae
teriȷt: vſqꝫ ad iſabelā ioānis ſecūdi contoralē quae nuꝑ ad ſupe
ros me tranſiȷt opitulante. ❡ R. Ingredere teqꝫ ipſū quiſq̇s
es patefacito. ❡ M. Peſulū oſtio appoſitū eſt: id ſi moueat
ingrediar. ❡ R. Sublatū ē peſulū. ingredere ſi lubet. ❡ M.
Ingrediar nam ⁊ oīm regū reginarūqꝫ (quibꝰ praecuncta es) ſū
audacter ingreſſa cubiculū ❡ R. Intra iam: ſciemꝰ q̇s nam
ſcis. ❡ M. Salue clariſſima maximaqꝫ viuentiū auguſta.
agnoſcis ne me? vultu me intuere recto. vidiſtin? ❡ R Tur
pius aliq̇d atqꝫ horribilius nihil ſe vnqꝫ oculis obiecit nr̄is. nūc
eos abſolus qui (cū ꝑmū obuiarint tibi) aufugerūt. ſꝫ dic quae
ſo q̇s nam ſis quidqꝫ in hanc regiam quaeſiturꝰ veneris. M.
Nō tibi datū eſt noſſe me. ſed dic obſecro vbi nam ſit vbiqꝫ cōne
niā ioānem tuū. ❡ R. Refer mihi primū q̄re id ſciſciteris. co
qꝫ comperto: interrogatiōi tuae faciā ſat: ſimulqꝫ indica mihi q̄d
tibi ſit nomē. ❡ M. Nomē quaeris qd̄ certe mortalibꝰ hor
rendū eſt. idqꝫ ſi placet neſcire curato. ❡ R. Ea me potius
cunctatio ſolicitaꝫ reddet: quā faciet tui noticia maeſtiorē. ſiue
cī aethiopia/ ſiue ſiu notoria regio/ ſiue taprobana inſula/ ſiue
guinea/ quidq̇ due ad auſtrū vergit (vnde te vt vultus tuꝰ oſtē
dit habemꝰ) miſerit te: quod tibi nomen eſt: quidqꝫ in regia ne
gotiȷ tibi ſit: mihi patefacito. M. Nomē quaeris meū mag

rū eſt ¶ R. Etiā quātumcūqꝫ ſit: mihi explica. quidq̄d in curia
velis indica. curabo em̄ (q̄m̄ mihi orſus es) reb⁹ tuis opē ferre.
Apudqꝫ ſereniſſimū regē dn̄m meū tibi patrocinabor. ¶ M.
Apud regē nihil mihi negotiȷ̄ eſt. neqꝫ tuo egeo p̄tocinio. Exeq̄
cū̄ venio diuinā ſententiā: idqꝫ cū primū expleuero: ad alia (ſi
deꝫ factura) pperabo. ¶ R. Nō me ſuſpenſo teneas animo.
vſqꝫ quo animā meā tollis. dic mihi q̄s nā ſis quidqꝫ tibi i regia
velis. qd̄ ſi non feceris: executorē vocari curabo. a q̄ cū fueris in
carcerē cōiectus: quis ſis: vn̄ venias: q̄d ue cures: quaeſtionib⁹
extorquebit. dic ḡ que abs te expoui ſaepe iuſſi. ¶ M. Mul
ta ſūt quae ignorare q̄ ſcire ſatius eſt: eiuſmodi ſūt quae a me
exq̄ris. ¶ R. dic incūctāter M. Dicā. ¶ R. Quid mora
ris? ¶ M. Nomē mihi mors eſt. tuū vnicū chariſſimū hiſ
paniaꝝ lumē ꝛ decus ioannē dei oīpotentis iuſſu abs te ablatu
ra venio: ſuperiſqꝫ iugiter reddituꝛa. Neqꝫ eī meruit hiſpania
tāto gaudere ṗncipe: neqꝫ dignatus ē oīpotens deus: innocētē
illius animū ppeqꝫ diuinū: ſuperis nō annumerari. ecce legati
oīs meae ſummā. Cur aīo ɔſternaꝛ regina? Curqꝫ animo lin
queris? fortē animū aduerſis praeſtare reb⁹ cōſueſti Vide qd̄ fe
ceris: cū me etiā terroribus ꝛ minis ad explicandā legationem
impuliſti ¶ R. Ha dira mors talia mihi annunciare audes:
quae ſum omniū matrū pientiſſima? ¶ M. Annūciaui ego
multis matrib⁹ duriora his. nam morbo finire vitā cōis ē via:
ſꝫ extraordinarius q̄buſdā exitus dat̄: q̄ ꝛ ipa morte patiētib⁹/
ꝛ cōdolētib⁹/durior eſt. Aliȷ̄ nāqꝫ ferro perempti ſūt. Aliȷ̄ flam
mis exuſti. Aliȷ̄ flagris v̓berati. Aliȷ̄ vectib⁹ pforati. Aliȷ̄ cruci
ati patibulo. Aliȷ̄ pelagi periculo demerſi. Aliȷ̄ viui decoriati. A
liȷ̄ vinculis mancipati. Aliȷ̄ lapidib⁹ obruti. Aliȷ̄ frigore afflicti.
Aliȷ̄ fame cruciati. Aliȷ̄ v̓o (trūcatis manib⁹ ſiue caeteris mem
bris caeſis) ſpectaculū ɔtumeliae in populis facti ſūt. Aliȷ̄ equorū
ruina colliſi. ioānē v̓o tuū morbo pcuſſū: ad ſuperos (poſtq̄ ec
cleſiaſticis fuerit donat⁹ ſacramentis) foeliciter trahā. ¶ R. Hei
dira mors vnicū vitae meae ſolatiū/oculoꝝ meoꝝ lumē/ſenectu
tiſ futurū baculū/hiſpaniaꝝ ſolatiū ꝛ refugiū ſingulare ſic nobis
inmature rapere tentas? parentes incredibili dolore/vxorem
perpetuo luctu/ſubditos miſeranda calamitate/vno afficies

huiꝰ dulciſſimi occubitu? O dira mors deſiſte coeptis. ¶ M.
Ceſſare nõ valeo ſi quẽ ſemel obituꝝ eſſe diffinitũ fuerit ¶ R.
Iure hanc tuã iniuriaꝫ á me repellã. tibiqꝫ nihil ſaltẽ fidelibꝰ in
hoĩbus iuris eſſe comprobabo ¶ M. Iuris ignara ego ſuꝫ.
licet enim õnis gentiliũ/hebraeoꝝ/fideliũqꝫ luſtrauerim acade
mias: doctiſſimoſqꝫ viros fueri ꝑſaepe locuta: nuſquã tamẽ iu
ris codices diuini humaniqꝫ me aperuiſſe ꝯtigit. neqꝫ eñ legẽdi
datᷣ locꝰ: cũ feriendi õniquaqꝫ ſeſe offerat occupatio. quare con/
ferre tecũ aio mihi ẽ minime. nã (vt audio) vſquequaqꝫ aliquid
aut legis aut intelligis. ⁊ praeterea executor ego ſuꝫ corã q̃ ceſſa-
re debẽt iuris auctoritates õnes: quas corã iudice proponi debe
digꝭ. ð iudi. re: ius ipꝫ edocet. ¶ R. ꝙ ignorãtiae clipeꝰ te tueť: id te iniuſti-
ſi praetor orem reddit. q̃d eñ abſurdius: quã iniuriantẽ quibꝰ noqꝫ latere
ſ. rñ. in. l. ſi cauſas? qr vo te ſummi atqꝫ iuſtiſſimi creatoris executorẽ appel
vt ꝓponis las: cũ iudicis ſententiã/tum executoris mandatũ te oſtẽdere o-
C. ð execu. pus eſt. ¶ M. Ea á me expoſcis auguſta clariſſima: quae ꝓ
rei iu. in c. bare cogor minime. lictoris eñ publici teneo vices: quẽ á ꝓbati
paſtoralis one mãdati iura excuſant. hoc á me expetiẏt nemo. nõ ſalomon
de offi. dle. ſapientiſſimꝰ/nõ dauid ſanctiſſimꝰ/nõ ioſue fortiſſimus. immo
.§. quia vo ⁊ ipſuꝫ cõgreſſa ſũ ſaluatorẽ: q̃ de mãdato oñipotẽtis nihil hae-
matt. xvi.º ſitans: eum lachrimis fuſis orabat dicẽs pater ſi poſſibile ẽ tran
marci. xiiij ſeat á me calix iſte. ſed qm̃ ipſum mori diffinitũ erat: nullo diui-
luce. xx.º na ſentẽtia reuocari valuit pacto. Deſiſte regina clariſſima iudi-
cis ſnĩaꝫ (quã firmiſſime in filiũ latã teneas exigere) ac meã obi
re legationẽ: ſed caſum ipm̃ patientᷣ ferre curato. ſi eñ ſecus fe-
ceris: duriora hiſpaniae eueniẽt tuae. quae in te vnica/ſalutꝭ ſu-
ae collocauit ſpem. Sed cedo inquam vnde tibi nil mihi iuris in
ro. v.º mortalibꝰ eſſe ꝑſuades. Scriptũ ẽ eñ ꝑ vnũ hominẽ peccatũ in
troiuit in hũc mundũ ⁊ ꝑ peccatũ mors. ꝙ ſi vos adae filiẏ eſtis:
eritis ꝓculdubio morti obnoxiẏ. ¶ R. Etiã de hac re tecũ a-
gam. erit eñ interea executiõis remiſſio. Solet ãt aliquãta mo
ra deſperatis etiã caſibꝰ afferre remediũ ¶ M Nihil (vt vi-
deo respõdes: qm̃ ꝑ me inducta idiſſolubilia ſunt. ¶ R. Ex-
pecta modicũ. impraemeditatꝰ eñ ſermo: ſapiẽs eſſe vix poteſt
¶ M. Dicḡ. mandata quippe exequi moror. ⁊ ad alia ꝓpera-
re neceſſe eſt. ¶ R. Dicã. ¶ M. Ex induſtria (mihi vide
or) moraris ⁊ tp̃s redimere curas ¶ R. Nulla tã lõga mora

eſt: quae mihi ſi nõ appareat quã breuiſſima ¶ M. Dic obſe-
cro. ¶ K. Vex; inq̄s q̄ p̄ vnũ hoiem mors intrauit in mũdũ
vniuerſũ hoc ē p̄ adã p̄mũ. ſed ſicut primi morſus mortē intulit
mũdo: ſic ſcd̄i adae id eſt chriſti paſſio: vitã attulit ſaeculo Scrip
tũ ē eĩ ſicut in adã oēs moriunt̄: ita ⁊ in xp̄o õnes viuificabũt̄. .i. cor. xv.
¶ M. Sapiēt̄ quidē. ſ; me etiã ſcripturas ignorãtē audi. Ve
rũ q̇ppe eſt xp̄m eam donaturũ vitã. quã mortalib⁹ p̄mũ abſtu
lit pctm̄. ſed ea vitae donatio in reſurrectiõe implebit̄. cũ õnes
(reſuptis atq; reunitis corporib⁹) viuere iterato icipient nunq̄
morituri. vñ ⁊ apl's nõ dicit õnes viuificãt̄. ſed ſignãter adiũxit .i. cor. xv.
oĩes viuificabunt̄. ¶ K. Si ğ xp̄i bñfitio donabit̄ vita in re
ſurrectiõe: nõne eiuſdē grã donari potuit imortalitas in vita? ps. cxiij. ⁊ cxxxiiij.
¶ M. Potuit q̇ppe. oĩa eĩ quaecũq; voluit fecit in caelo ⁊
in terra. ¶ K. Cur ğ nõ fecit. M. Scio te de his ã doctori
b⁹ tgeolog̃ plene eruditã cũ quib⁹ (vt accepi) ſiue p̄ ſermonē/ ſi-
ue p̄ epl'am/ cõferes p̄ ſaepe. Dicã tñ (q̇a ſemel coepi) quae p̄ cõpi
ta didiſcerim. ¶ K. Dic ⁊ plixius ſi placet loquere. nã q̄uis
facie teterrima ſis: ſermõe tñ nõ es icompta ¶ Mors Et tu
(vt video) ⁊ formae/ ⁊ ſermonis elegãtia/ praeſtas ¶ K. Dic
¶ M. Fateor igenue donũ xp̄i potẽti⁹ fuiſſe: q̄; pctm̄ adae. p̄ ro. v.
cui⁹ culpã mors in hũc mũduz intrauit. conferriq; in baptiſmo
fidelib⁹ libertatē ã morte. vitaeq; cõſecutionē: nõ ſtatĩ ſ; in r̄ſur/
rectõe reddende. Cur aũt nõ ſtatim reddit imortalitas cũ quiſ/
piã baptiſat̄: ea ſolet reddi ratio. Primũ quidē q̇a ad baptiſmũ
mortales accederēt nõ pp̄t̄ aeternae gloriã vitae: ſed praeſent̃
impaſſibilitatē. Deinde mors/ aliaeq; poenalitates remanēt in
baptizato: vt ei in v̇tutis exercitiũ ſint. hñt eĩ qui baptiſant̄ cõ-
cupiſcẽtiã/ ⁊ alia cũ quib⁹ pugnēt. eaq; (adiuuãte deo) ſuperēt.
Vñ in figurã hui⁹ in lege ſcriptũ eſt de his q̇ intra pmiſſa; ter- iudicũ. ij.
rã p̄manſere ⁊ deleti nõ ſũt. Hae ſũt gẽtes q̄s dñs dereliquit vt
erudiret in eis iſraelē ⁊ poſt ea diſcerēt filij eox certare cũ hoſti-
b⁹. ⁊ haberēt ꝯſuetudinē praeliãdi. his accedit q̄ cũ p̄ baptiſmũ
fidelis coopter̄ xp̄o: id in mẽbro fieri conueniẽs fuit: qđ in capite
factũ eſſe ꝯſtat. chriſt⁹ ãt (etſi ab initio ſuae cõceptiõis grã ⁊ veri .io. p̄mo
tate fuerit plen⁹) habuit tamē paſſibile corp⁹: qđ poſt paſſionez
⁊ mortē: ad vitã ē glorioſa; reuocatũ. Qui ãt ſuſcitauit ieſũ xp̄z
ã mortuis (inquit apl's) viuificabit ⁊ mortalia corp̄a nr̄a: p̄ inh̄a ro. viij.

bitãte ſpũ mei⁹ in nobis ¶ K. Ut video etiã ſacras lrãs celles.
in praefati ſʒ quaeſo catholica de xp̃o canit eccia q̃ morte ñram moriẽdo deſ
õe r̄ſurrec/ truxit ⁊ vitã reſurgẽdo repauit. ¶ M: Aſſẽtior morte eſſe deſ
tionis tructã.ſʒ in vltima h̃ r̄ſurrectiõe iplebit᷑.vl id (ſi placet) de morte
aĩae p culpã itelligas.q̃ſq̃s eñ p baptiſmũ xp̃o ſe ꝯformat: ab oĩ
ro.vi° cũ origiali/tũ actuali/eripit᷑ culpa. Vñ ⁊ paul⁹ q̃cũq̃ ĩnq̃t in xp̃o
baptizati ſum⁹: in ip̃i⁹ morte ſum⁹ baptizati. ⁊ poſtea ſbdit ita ⁊
vos exiſtimate mortuos q̃d ẽ eſſe pctõ viuẽtes ãt deo in xp̃o ie-
eze.xxxvi° ſu dño nr̃o. Qd̃ ezechiel lõge añ ꝓphãuerat inquiẽs effundã ſu
p vos aquã mũdã ⁊ mũdabĩmi ab oĩb⁹ iq̃namẽtis vr̃is. ¶ K
Qm̃ iuxta loquẽdñ morte ex pctõ ꝓueniſſe aſſeruiſti: indica mihi
q° obſecro an ſi adã nõ peccaſſʒ: fuiſſʒ ne mortalis an ĩmortalis?
¶ M. Sermonẽ videre videor cõſulto ꝓtrahas: vt eo ſaltẽ diſ
feras executõez. ſʒ qm̃ ſuaue ẽ colloquiũ tuũ: dcã quae mihi acce-
pi. ¶ K. Dic obſecro et morã ſi placet ꝓtrahe. ¶ M. Mora
mihi moleſta ẽ. referã aũt q̃ꝫ breuiſſime. ab eo eñ tp̃e q̃ paſtorez
gen.iiij° illũ p̃mũ fratricidio peuntẽ aggreſſa ſũ: nulli adeo ceſſi ſicut ti-
bi: nulliq̃ꝫ cõmiſcui tã varios ꝓlixioſq̃ꝫ ſermones. qd̃ ſmoĩs tui
feci illecta ſuauitate. ¶ K. Et multi q̃d ẽ h̃ꝫ rarus ẽ ſermo: q̃ꝫ li-
bẽtiſſime mecũ loquũtur. ¶ M. Ad rẽ venio. Si adã diuinae
nõ fuiſſʒ iuſſiõis trãſgreſſor: p naturã q̃d ẽ mortalis: p grãz vo ĩ-
mortalis fuiſſʒ. ¶ K. Quo id fieri pacto valet vt idẽ hõ mortal'
⁊ ĩmortalis eſſʒ. M. Aures mihi accõmoda. nõ eſt ꝯdictiõis re-
pugnẽtia ſi affirmatio negatioq̃ꝫ vni cohaereãt: niſi ſcd̃m idem
ineſſe ſignificent᷑. ⁊ ſi eñ idẽ hõ mortalis ĩmortaliſq̃ꝫ eodẽ eſſe tẽ
pore aſſerat᷑: neq̃ꝫ tñ vna eadẽq̃ꝫ ꝯditõe mortalis ⁊ ĩmortalis dr̄.
ſʒ vt ꝯmemoraui naturae q̃d ẽ ꝯditõe mortalis erat: ſʒ ab hac po
tuit abſolui p grãz. nõ eñ mortalitas eſſentialis homini ẽ: ſʒ p di
uinã ſaltẽ potẽtiã ſepabilis. K. Planius rẽ ipam explicari cu-
pio. M. Moror. K. Utinã centũ ãnis morareris. M. Adã
q̃ppe etiã añ pctm̃ mortal' erat. tũ q illius materia (quae ꝯpoſi-
ti ſbſtãtialis ps altera ẽ) potẽtiã ſibi habebat᷑ innatã. eaq̃ꝫ alias
p°.phiſicoꝝ appetit formas. tũ q corp⁹ ex ꝯ̃rijs ꝯpactũ: diſſolubile ẽ. vnde ⁊
i.pe.ı°.ca. is q̃ pctm̃ nõ fecit: neq̃ꝫ in e⁹ ore dol⁹ inuẽt⁹ ẽ: ſi á iudacis nõ fuiſſʒ
iiij° pfidis cruci dat⁹: ſenio defeciſſet natalẽ ſui corpis ſecut⁹ ꝯdicõez
io.x. K. Quõ g ip̃e ait poteſtatẽ habeo ponẽdi aĩaz meã ⁊ iterũ ſumẽ
ca°.liij. di eã. Et eſaias docet oblatũ eſſe q̃a voluit. M. Idem ip̃e ſal

nator(ꝙ hō̄ erat uer⁹)actu⁹ q̄ȝ erat de⁹ v͛ē.vn̄ ſicut alijs:ſic ꝓpſac
donare potuit hūanitati imortalitatē.nō min⁹ etiā donare vitā
p⁹ mortē.Nulla aūt cuiuſpiā coactōe:ſȝ ꝓmptiſſima volūtate ſe
iudacis tradidit crucifixorib⁹ ab eis occidēd⁹:ut mortē nr̄aȝ mo
riēdo deſtrueret. K. Nō fuit ali⁹ redimēdae mortis nr̄ae mo q⁹
d⁹ q̄ȝ ꝑ xp̄i mortē? M. Sine me caepta ꝓſeq̄. K. Dic ſaltē
ꝙ poteris breuius M. Fuit ali⁹(ut aureli⁹ veſter auguſtin⁹
docet)ſanādae vr̄ae miſeriae poſſibilis mod⁹ ſȝ cōueniētior nul-
l⁹. K. Etſi cōueniētiae cauſas libēs audirē:ſi vis tn̄ coepta ꝓ
ſeq̄re. M. Erat g̃(ut cōmemoraui)ꝑm⁹ hō mortalis ꝑ natu
rā.ſȝ de⁹(ut auguſtin⁹ refert)hoiem fecit ut q̄ȝdiu nō peccaret:i ſ li.⁹ q. d̄ ve.
mortalitate vigeret ut ipſe ſibi auctor eſſȝ:aut ad vitā aut ad mor ⁊ no. teſta.
tē.inerat eīm aīae vis quaedā ſuꝑnaṫalis diuinit⁹ data ꝑ q̄ȝ po-
terat corp⁹ ab oī praeſeruare con̄u̇ꝑt.ōe:q̄ȝdiu ipa deo ſubiecta
manſiſſet.vis aūt haec praeſeruādi corp⁹:non erat hūanae aīae
naṫalis:ſȝ ꝑ donū gr̄ae ei ā deo collatae q̄ȝ(qm̄ peccando ſe indig
nū reddidit)deſtitut⁹:ꝓpſae ē naṫae derelict⁹.ꝓuilegiū ei merẽ i.e.cū illoꝝ
amittere(ꝗ ꝑmiſſa ſibi abutiṫ poteſtate)ea aūt aīae vis ex origi d̄ ſen.ex eo.
nali iuſtitia(ut q̇buſdā placet)euenit.quā quideȝ iuſtitiā( quia
praeuaricator amiſit.quidq̇d ad eam ſequēs fuerat)amiſiſſe ne
ceſſe fuit K. Exēplo id fieri intelligibilius vellē. M. Id
ipſum mihi nō diſplicet.Sicut eīm ſi q̇s colūnā(cui eſt ſuꝑ ipo
ſit⁹ lapis)tollat:ipm lapidē deſcendere faciet:huiuſq̄ȝ deſcenſus
diceṫ quodāmō cauſa:ſic pctm̄ ꝑmū(ꝑ qḋ iuſtitiae ipius colūna
diuulſa eſt)mortē q̄ȝ(ā q̄ ipa praeſeruabat iuſticia)feſtinare coe
git. K. quid g̃ ſi ꝑ originalē homini iuſtitiaȝ imortalitas do-
nabaṫ:lignū vitae ad immortalitatē iuuabat? M. Quō aīa
(vitā corpori praeſtat.ſt tn̄ ad eā ꝑneceſſarij cibi:q̇bus humidū
caloris actiōe reſolutū reſtaurat:ita ⁊ ſi vis illa(q̄ȝ in aīa fuiſſe
cōmemorauimus)immortalitatē corꝑi praeſtitiſſȝ.ad hūc tn̄ ef-
fectū lignuȝ vitae ipſi ſubſeruiebat. K. Quō. M. Qḋ eīm
ex cibo generaṫ humidū:adiunctū q̇ppe ei qḋ inerat prius: ſpe-
ciei minuit actiuā v̇tutem.quō aqua ſuꝑaddita vino cū magis ex ꝑmo de
magiſq̄ȝ additur:vini minuit vires tandēq̄ȝ fit totū aq̇ſum.q̄re generatōe
adeo ē imminuta in ſenio actiua v̇t⁹:ut qḋ caloris actōe naṫalis
abſumiṫ:reſtaurari nō valeat.Inde ſequiṫ corꝑis diſſolutio.hu

ſe q̃ defectui p̱ vitae lignũ ſubueniebat. erat em̃ illi vis fortificãdi
ſpẽi v̓tutẽ ꝯ debilitatẽ ex admixtiõe extranei puenientẽ. Vñ in
his quae de ciuitate aurelius inq̓t auguſtin᷒ corp᷒ ad ac cibo ac
li. xiiij. c. xx- potu egebat: ne fame afficeret̃ ac ſiti. & nõ imortalitate illa abſo-
iiij. luta atq; indiſſolubili: ſʒ ligno vitae ã mort᷑ necitate p̱hibebat̃:
in iuuẽtutis atq; flore retinebat̃. Et alibi vitae arbor medicinae
in li. de q. mõ corruptiõez hoim p̱hibebat. nõ tñ ſimplicit̃ imortalitatẽ cau
noui & ve. ſabat. ¶ K. Satis (vt video) & ſacri canonis doctoꝝq; tibi ſũt
teſ. dogmata manifeſta. q̃re adhuc mihi de alijs fieri ſat᷑ volo. nihil
em̃ eruditiõe ſuaui᷒. ¶ M. Vltra merita me effers. executi-
oniſq; temp᷒ inſtat. ¶ K. Narra mihi etiã. nũ cũ mortaliũ
cuipiã mors decreta eſt: valet ne q̃quã differri aut p̱rogari pac
to? ¶ M. Rem difficilẽ poſtulaſti. & in q̃ medici & phiſici / ã
theolog᷑ diſſonare vident̃. ¶ K. Quid medici ſentiũt phiſici
q; p̱mũ indica mihi ¶ M. Cõplexionis varietatẽ / aeris diſ
poſitionẽ, influẽtiae diuiſitatẽ / aſpectũ caeli / vitae regimẽ / lõgi-
oris breuioriſq; vitae cãs inducũt. Sicut em̃ quaelibet gignit:
nõ eadẽ vbiq; ꝯditõe ſũt: at iuxta ferac᷑ ſoli diuiſitatẽ varia: ſic in
hoiʒ corp̱ib᷒ cenſent. vñ & phlegmatic᷑ r̃gio ꝯfert calore aeſtuãs
coꝝ q; lõgiorẽ efficit vitã: quã frigida reddit plaga breuiorẽ. cõ-
rio collericis euenit. hi q; q̃ p̱ſimoniã curãt: lõgioris ſt̃ vitae ſicut
q̃ crapulae & ebrietati indulgẽt breuior᷑. vñ & tuuʒ ſenecã dixiſſe
ferũt: plẽs occidit voluptas q̃ꝫ gladi᷒. i natal̃ etiã horoſcopo nõ
paꝝ differt ad lõgior᷑ breuioriſq; vitae rõnẽ. Sũt q; medicoꝝ do
cumẽta nõ pauca: q̃ꝝ d̓ ſanitate ꝯſeruãda p̱rogãdoq; vitae cur
ſu ois ſmo. vñ & plẽs deſp̱atas aegritudies. medicoꝝ bñfitio ext̃
miniũ paſſas eẽ ꝯgnouim᷒. vñ ã ſapiẽte dcm̃ ẽ. honora medicũ.
eccl. xviij. p̱pt̃ necitatẽ eteni illũ creauit altiſſim᷒. & ĩfra altiſſi᷒ de t̃ra cre-
auit medicinã & vir prudẽs nõ abhorrebit illã. K. Quo ḡ id fit
vt pleruq; curãtes medici nil p̱ficiũt? M. Id p̱pterea eueni
re ꝯſtat: aut q̇a morbi cauſae (quae ꝯgnitu difficiles ſt̃) medicos
pleruq; latẽt: aut q̇a etiã ꝯgnit᷑ nõ aptat̃ morbis medicĩa ꝯue-
niẽs: aut q̇a etiã ꝯgnit᷑ morbis aptata medicina ꝯueniẽs: ab in-
firmi (ſiq̃ q̃ curatio nulla fit) v̓tute nõ iuuat̃. K. audiui medicoꝝ
ſenſũ: dic ſi plac; & theologoꝝ. M. Theologoꝝ q̇dã iuxta hũa-
nae vitae merita d̓meritaq;: vitã aiũt breuiari differriq; morta
liũ. vñ & diuinoꝝ praeuaricatores praeceptoꝝ: breuiores inquunt

vitae erũt. vñ ⁊ ꝑ ſapiẽtẽ dictũ eſt. ne impie agas multũ ne mo- Ecci vij.
riaris in tpe nõ tuo. ⁊ ꝑ ꝓphetã. viri ſãguinũ ⁊ doloſi nõ dimidi ps. l. iiij.
abũt dies ſuos. audiẽtes vo diuis iuſſioibꝰ: lõgeuos dicũt futuros
ſup trã. Vñ ⁊ ꝑ eũdẽ ſapiẽtẽ ſcriptũ ẽ: q̇ honorat prẽ: vita viuet Ecci. x.
lõgiori. Et paulꝰ electũ vas. pietas inq̇t ad oĩa opa valet, ꝓmiſſi p. ad timo.
onẽ hñs vitae quae nũc ẽ: ⁊ futurae. ❡ R. Eximia locuta es. quã iiij.
iuſtiſſimũ eñi ẽ vt pentũ honoratores liberi. diutiꝰ viuãt. q̇ igĩ
tu audacter nrm̃ rpone ioãnẽ. q̇ nullꝰ pentibꝰ obſequẽtior/ obſ-
uãtiorq; fuit. ❡ M. Ea ẽ ex meritꝭ male meritiſq; (vt q̇buſdã
placet) viuẽdi/moriendiq; cã. S; vt diuꝰ aſſerit gregoriꝰ ſup iob
Sublati ſũt inq̇t añ tp̃s ſuũ: qr creãs nos ⁊ ordinãs oĩpotẽs deꝰ:
iuxta ſingulorũ merita diſpoĩt ťminũ vitae: vt vl' malꝰ breuiť vi
uat ne multꝭ bñ agẽtibꝰ noceat: vl' bonꝰ iſte diutiꝰ in hac vita ſub
ſiſtat: vt multꝭ boni opis adiutor exiſtat. Vel rurſũ malꝰ lõgius
differať in vita vt p̃ua adhuc opa augeat: ex q̄r tẽtatiõe purga
ti iuſti verius viuãt: vl' bonꝰ citiꝰ ſubtrahať ne (ſi diu hic vixerit)
eiꝰ innocentiã malicia corrũpat. Siue ḡ tempeſtiua fuerit iuſto
mors ſiue ſerotina: ad ſalutẽ ſibi ꝓfert. eſtq; vnicuiq; ab ipo rex
moderatore viuẽdi/moriẽdiq;/ab aeťno praefixiꝰ praeciuſq; ter
minꝰ. ❡ R. Vñ id ꝓbas. ❡ M. Rex ille ꝓphãq; pacientiae ex
ẽplar iob. poſuiſti inq̇t ťminos eiꝰ q̇ praeteriri nõ poterũt. ⁊ da- iob. xiiij.
uid aſcẽdũt inq̇t mõtes. i. iuſti ⁊ deſcẽdũt cãpi id eſt pctõres in lo ps. ciij.
cũ q̄d fundaſti eis. locũ ſ; caelũ ꝑfectis: r̃probis vo iehennã. ⁊ ſib
diť ťminũ poſuiſti quẽ nõ trãſgredienť. ❡ R. Cur iuſtos mõ-
tes iniuſtos cãpos ſcũs ille pſaltes appellat. ❡ M. Tranſlati
one id dcm̃ eſt. iuſti quidẽ mõtes vocanť: qm̃ ꝯtemplatiõis alti-
tudĩe praeſtãt: campi vo pctõres eo q̄ praeuaricãtiũ a medioq;
deuiantiũ latiſſima via eſt. lata eſt eñi via (veritate teſte) quae matth. vij.
ducit ad perditionẽ. ❡ R. Si ḡ mortis terminus cuiq; prae-
fixus ẽ ſuppremaq; funera tranſiri nõ valent fruſtra martirũ
limina (qui nõ poſſunt diuinae refragari ſententiae) ꝓ cuiuſq;
incolumitate ſupplicaturi adimus. fruſtra praeterea apollo po
lidariuſq; quaerũtur: tanq̃ humanis morbis remediũ praeſta
turi. et tamẽ medicinam ipſam de caelo creatam narrat ſapiẽs:
⁊ a prudenti non abhorrendam fore praedicat. ❡ Mors. Ecci. xviij.
Altas materias ingenia parua non ſufferunt. quid autem

diuiã praedeſtinatiõe altius: mẽteq; mea ſummiſſius poteſt in
ueniri.
¶ S. Ut uideo neq; ſermone/ neq; ſciẽtia/ im-
perita es. dic ergo q̊ pacto cũ diuinae ꝓuidẽtiae certitudĩe: me
dicoꝝ ſtudia fideliũq; ſuffragia quadrent. Si quidem reꝝ euen-
tus ab immortali praeuiſus diſpoſitusq; impediri quaq; ratiõe
nõ poteſt: fruſtra inſanabili admouetur medicina morbo. q̄ ſi
admota iuuerit: nõ eſt omnipotentis dei ꝓuidentia certa.
Ecci. iij. ¶ M. Scriptũ ẽ altiora te ne quaeſieris. Sine ergo haec
puer. xxv. incomp̄henſibilia rimari diuina iudicia. Scriptũ eſt enim qui
ſcrutator eſt maieſtatis opprimet̃ á gloria. ¶ S. His
dictis nõ piam diuinoꝝ inquiſitionẽ: ſed arrogãtem perſcruta-
tionez explodere intendit ſalomon. beatus (inquit ſapiens) eſt
Ecci. xiiij. uir qui in ſapientia morabit̃. & in pſalmo. beatus dicit̃ uir qui in
pſal. i. lege domini mediat̃ die ac nocte & cuius in lege uolũtas eſt. dic
obſecro rei huius nodũ ſolue: q̊ mortalium omniũ animos non
dubiũ eſt ligatos teneri ¶ M. Faciam (licet renitẽs)
ſatis petitioni tuae omniũ (quae mortales animos anxiant) nõ
infime. ¶ S. Dic. ¶ Mors. Quidaz diuinae
certitudinez ꝓuidẽtiae attendẽtes: ſuperfluas fore orõnes/ me-
dicationes/ cenſuere: tanq̃ diuinã immutare ſententiaz nõ va-
lentes. quod ſi veꝝ eſt: fruſtra ad orationez nos veritas inuitaſ-
matthe. vi ſet: orandiq; modũ nobis ad exemplũ reliquiſſet. alij tantũ va-
lere orõnes volũt: vt aeternã de agendis ꝓuidentiã immutẽt:
quibus ipſa ſacra eloquia contradicũt. Scribit̃ enim in libris re
i. re. xv. gum. porro triumphator in iſrael nõ parcet: neq; poenitudĩe flec-
tetur. Alij vero (q̊ꝝ mens ſanior eſt) duo dicũt in praedeſtinatio
ne attendenda. diuinã. ſ. praeordinationẽ eiuſq; effectũ. Primũ
quidez ſanctoꝝ precib; neq; iuuari neq; impediri poteſt. Unde
ro. xi. et apoſtolus: quis adiuuit ſpiritũ dei/ aut quis conſiliari; eius
fuit: q. d. nullus. Secũdum vero & orõne/ & medicatione/ iuua-
ri poteſt. nõ ſolũ enim diuina ꝓuidentia: qui effect; fiant: ſed e-
tiaz q̊ ordine ꝓueniant diſponit. Sũt autẽ quorundaz effectuũ
cauſae humani act;: quos adeſſe ꝑnecellarium eſt: nõ vt diuinaz
diſpoſitionẽ immutent: ſed vt per eos effect; eueniãt: iuxta ordi
nem á deo diſpoſitũ: quod in naturalib; euenit cauſis. nõ enim
procreat̃ foetus: niſi maris/ foeminaeq; praeſit cõiunctio. quez

tamẽ ab aeterno naſciturũ fore: diuina ẽ intuitione praeuiſum
ſic cũ alicuiꝰ praeuidet̃ ſalus: quidquid ipſũ in ſalutẽ ꝓmouet:
praeuiſum ẽ. vnde ⁊ orationes/medicationeſq; (quibus ad ſalu
tẽ itur) ſũt ꝑneceſſariae. ꝗre illis vacandũ eſſe petrus in canoni
ca nos admonet dicẽs. Satagite vt per bona opera: certã vr̃ã ij. pe. i.
vocationem/⁊ electionẽ faciatis. ❡ K. Scite quidẽ.
ſed ſi alicuiꝰ ſalus ã deo praeuiſa nõ eſt: fruſtra preces fundunt̃
ad ſanctos. ❡ M. Nõ penitus fruſtra fiũt quaecũq;
ſuffragia. ipſis enim quãdoq; fundentibus proſunt: ſed ad aſſe-
quendã ſalutẽ ꝓſunt nihil. ❡ K. Satis plane aduer-
ſat̃ his quod in libris regũ ſcribit̃. aegrotauit (ĩquit diuia hiſto- iiij. re. xx.
ria) ezechias vſq; ad mortẽ: cui per aeſaiã dictũ eſt. haec dicit do
minꝰ diſpone domui tuae. morieris enim ⁊ nõ viues. cõuerſus
eſt ad parietẽ ezechias. ⁊ oratiõe fuſa fleuit fletu magno. necdũ
atrij mediã exierat partem eſayas: cum ad eum ſermo domini
factꝰ ẽ. reuertere inquit ⁊ dic ezechiae duci populi mei. haec di-
cit dominus audiui orõnem tuã. vidi lachrimas tuas ⁊ ecce ſa-
naui te. die tertio aſcendes templũ domini. ⁊ addam diebꝰ tuis
quindecim ãnos Ecce lachrimis orationeq; ezechiae: regi dona
tã vitam: quã auferri decretũ erat. ❡ M. Forſan e-
ſayas cũ ꝑmũ dixit moriturũ ezechiam: nõ dei ſed ꝓpriã ꝓtulit
ſententiã. ❡ K. Huic ſenſui ſacra ipſa cõtrait ſcriptu
ra. ſic enim in ea ſcriptũ eſt. venit ad eum eſayas dixitq; ei. haec iiij re. xx.
dicit dominus. praecipe domui tuae. neq; ſuſpicandũ ẽ eſayam
diuinae dare inſpirationi: quod ꝓpria ei ſuggeſſerat mens.
❡ M. Sacras litteras ſcientibꝰ ita videt̃. ❡ K.
Quid igit̃ ad ꝓpoſita reſpõdet̃? ❡ M. Eſayas (in-
quiũt) iuxta morbi grauitatẽ moriturꝰ erat: iuxta diuini altitu
dinem conſilij victurus. ꝑmo edoctus ꝓpheta regẽ moriturũ
praedicat: cui tamẽ ex dei benignitate quindecim vitae ãnos fu-
iſſe additos: nõ ſine regis ingenti laetitia gaudioq; anũciat
❡ K. Eſt ne alius nodum hunc ſoluẽdi modus? ❡ M.
Eſt. ❡ K. quiſnã. ❡ M. Duplicẽ inquiũt ſacri trac-
tatores diuinam de agendis ſentẽtiã. quarũ altera cõminato-
ria altera diffinitiua appellat̃. eſt ꝑma ad terrorẽ executioni nõ
mandanda. ſecũda ſi ſemel ferri cõtingat irreuocabilis. etiã ſi

quiſ appellatione ſe tueri ſtudeat. fuit igiẗ de ezechiae morte cō-
minatio quaedā terrens: nō efficax diffinitio edita. vnde mira-
ri non debes ſi lachrimis regis diuina videaẗ immutata ſentētia.
¶ K. Eſtne huic aliqͣd in hiſtoria ſacra cohaerens? ¶ M.
Eſt. ¶ K. Quid. ¶ M. Quia niniue ciuitatis magnae
malicia corā dn̄s aſcenderat: etiā reuitēs ⁊ de piſcis vētre emiſ-
ione .i. et ij. ſus ad eam mittiẗ sareptanae viduae filius intra quadraginta
dies interituꝝā ciuitatē praenūciatur⁊. coepit ionas introire ci-
uitatē et clamauit dixitqꝫ adhuc q̄draginta dies ⁊ niniue ſubu-
tetur. optiſunt niniuitae ſaccis. hominesqꝫ ⁊ iumenta ad dn̄m
clamauerūt. ⁊ miſertus ē domin⁊ ſup maliciā quā locut⁊ eſt vt
faceret eis ⁊ nō fecit. fuit igiẗ cōminationis nō praedeſtinatiōis
ꝓphetia. ¶ K. Mendacij igiẗ argueẗ ꝓpheta qui ſubuertē-
dam praedixit ciuitatē quae nō eſt ſubuerſa? ¶ M. Abſit
vt prophetā mendacē dicam⁊: cu⁊ veritas magiſtra eſt. Sed cū
niniue (iuxta ſuoꝝ demerita ſcelerū) ſubuerſione digna eſſet: qꝫ
tamē poenitentiā acturā ſciebat deus: indulgētiaꝫ que habitu-
ram: ſubuerſio (q̄ digna erat) ꝓphetae indicata eſt. quā ille non
ſine magna peccatricis ciuitatis vtilitate: incolis patefecit. poe-
nitentiā v̄o reuerſionēqꝫ ipſius (quā venia cōſecuta eſt) á ꝓphe
tae noticia abſcondit omniſciens deus. neqꝫ eīm reuelans deus ꝓ
phetis quae ventura ſūt: omnē agendoꝝ curſuꝫ euentūqꝫ cogi-
tur reuelare. ¶ K. Vt ḡ ſummatim quae dicis proferā: com
minationis ꝓphetia nō impleẗ. ea vero quae praedeſtinationis
eſt / infallibilis neccāria eſt. neqꝫ eīm diuinus (cui oīa nuda ⁊ apta
ſunt) ſpūs ad intentiōes cogitatiōesqꝫ ꝑtingens: ad diuiſioneꝫ
qꝫ ſpiritus ⁊ animae cōpagū q̄ꝫ ⁊ medullaꝝ (⁊ qui vocat ea quae
hebre .4. nō ſunt tāqꝫ ea quae ſunt.) ui quoqꝫ iam falli poſſibile eſt. ſi quid
eīm á deo euenire praeuiſum eſt: eueniet indubie. ¶ K. Cū er-
go futura omnia á deo praeuiſa ſint: ea euenire neccē erit. tolleẗ
qꝫ á reb⁊ contingentia ⁊ humani libertas arbitrij ¶ M. Ip
ſum in quē me inieciſti laqueū verebar. hic ē eīm vltim⁊ hui⁊ ra-
tiocinatiōis angulus: in quē omnes hanc rem diſcutiētes ſe cō-
ferunt. Fuit aūt tollendae ambiguitatis hui⁊ multiplex via. ea
vero veritati plus conſentire videẗ: quae inquit ꝯditionalē ve-
ram cuius aūcedens ē neceſſariū abſolute ⁊ cōſequens neceſſa-

rium eſſe. Vt cum dicit̄: ſi deus hoc ſciuit futurū: erit: ita expo-
nendū eſſe. cū in antecedente eīn aliquid ponit̄ ad actum perti-
nens animae: conſequens accipiendū eſſe: nō ſecundū ꝙ in ſe ē:
ſed ſcḋm ꝙ anima eſt. Neqꝫ enim idem eſt rei eſſe in ſe: et vt in ani-
ma eſt. vt verbi cauſa ſi dicat̄. ſi aliquid animus capit: id eſt im-
materiale. hoc quidem verū eſt immateriale eſſe ſecundum qḋ
intellectu capitur: non vt in ſeipſo eſt. Sic cum dicit̄: ſi deus ſci-
uit aliquid: illud neceſſario erit: conſequens ꝓut ſubeſt diuinae
ſcientiae intelligendū eſt. Sicut enim deo ipſi (cui nihil futurū
eſt) omnia patent: praeſentia qꝫ ſunt: eo mō neceſſaria eſſe indu
biū eſt. Neqꝫ tamē tollit hic diuin⁹ intuitus: rerum ꝓprias inna
tasqꝫ qualitates. ſed quae neceſſaria ſunt: talia fore creatoris vi
det intuitus. idqꝫ de ꝯtingētibus iudiciū eſt. quis enim tam de-
ſipit: vt deū credat ante curſū: ſcire ꝙ homo neceſſario curret.
ſcit eīn curſurū lecturūqꝫ hominē contingenter: obiturū vero
neceſſario ſi ad naturae cōditionē attendat̄. ❡ R. Aliis id vo-
bis poterit forſan edoceri. ❡ M. Poterit et quidem breuib⁹.
❡ R. Quibus. ❡ M. Omnia (inquiūt docti) ā deo ſcita ne
ceſſario eueniunt nō conſequentis ſed conſequētiae neceſſitate.
itaqꝫ qm̄ extrema claudere ioānem tuū praeciſum diffinitūqꝫ
eſt: id irreuocabile fore credas. nō modo autē reuocari ſed neqꝫ
differri id poteſt. ❡ R. Quidquid ex te cōponas: deum ipm̄ pi
um miſericordemqꝫ precibus aggrediar. ſubriſit mors. reginae
qꝫ ſe cōſpectu abdicat. inclinauit regina genua ſua tendenſqꝫ ad
ſydera palmas: ſic orſa eſt ❡ Domine deus vniuerſae terrae (q̇
cuſtodis miſericordiā tuam pueris tuis euntibus in conſpectu Oratio re-
tuo in toto corde) memēto quomodo ambulauerim⁹ corā te in ginae
veritate et in corde perfecto. et quod tibi placitū eſt fecerimus ſp
nunc ergo reſpice ad orationem ancillae tuae et deprecationē ei⁹
vt exaudias domine orationē: quā ancilla tua orat coram te ho-
die. tu enim (cui caeli terraeqꝫ intima patēt) noſti quātis ſuſpi-
riis / quantis lachrimis / quantiſue ad delubra emiſſis votis / ioā
nem donaueris ſeruaueriſqꝫ hactenus noſtrū. nūc ergo ſerua
illum vnicum nobis ſolamē noſtroꝝ oculoꝝ lumen / ſenectutis
noſtrae futurū baculum. ꝙ ſi ſeruatus regni lora ſuſceperit: ca
ſtus dubie iuſtitia et fide populis imperabit; qua placatoſqꝫ caelo

reddat tibi ſummo imperatori militaturos. cum haec profuſis dixiſſet lachrimis finem dictis fecit. Siue autē id diuina euenerit volūtate (quae placerūqꝫ bonos de medio rapit caeloqꝫ aſcribit) ſiue id ſubditorū acciderit culpa (quibus placerūqꝫ demerētibus) bonus princeps é medio tollitur: ſereniſſim⁹ ioannes fernandi ⁊ iſabelae filius: omni citeriore vlterioreqꝫ hiſpania cadauer lachrimis proſequēte: ad ſuperos reuocatus eſt. parentib⁹ ſemiuiuis relict͛. redditaqꝫ exanimi illuſtriſſima auſtriae margarita auguſti maximiliani filia eiuſdē ioannis contorali chariſſima. Salmanticae. iiij. nonas octobres Anno chriſtianae ſalutis. M. cccc. xcvij.

ſapi. iiij.

¶ Sereniſſimi atqꝫ inuictiſſimi Fernandi hiſpa-
niarꝝ ⁊ ſiciliae regꝭ de obitu inclyti ioānis chariſ-
ſimi filij illuſtriſſimaeqꝫ margaritae eiꝰ dulciſſi-
mae nurus dialogus conſolatorius



¶ Ferdinandus

Alue illuſtriſſima filia. ¶ Margarita. Salue tu
ſ q; sereniſſime atq; pientiſſime genitor. ¶ Fer.
Salus quoq; viuentib⁹ omnibus ſit. nam vita func
tis/ ſalus fruſtra deſideratᷓ. ¶ Mar. Princeps il
luſtriſſim⁹ dn̄s meus quid agat ſcire cupio. Fer. Dormit
¶ Mar Dormit ꝑfecto? ¶ Fer. Dormit ad diem vſq; no
uiſſimū: tunc euigilaturus. ¶ Mar. Per deum atq; homi
heſter xv. nū fidem quid hoc ſit explicato. ¶ Fer. mortu⁹ eſt. ¶ M.
Mortuus? ¶ Fer. Mortuus ⁊ appoſit⁹ ad patres ſuos. cor
ruit margarita ⁊ (in pallorem colore mutato) laſſuq; ſup ancillā
reclinauit caput. feſtinus rex ſuſtentat vlnis ſuis. ⁊ donec redi
ret ad ſe: his verbis blandiebatᷓ. quid habes illuſtriſſima filia. e
go ſum pater tuus. expergiſcere ⁊ redde nobis quē amiſimus.
iob. x. Euigilat poſt horā margarita atq; in haec (audientibus cūctis
flentemq; fletu ⁊ ſuſpirijs concordātib⁹) vba prrupit. Quare de
vulua eduxiſti me omnipotens deus. quae vtinā cōſumpta fu
iſſem ne oculus me videret. vbi ē miſericordia tua deus cui pro
prium eſt miſereri ſemꝑ: ſi regnis ꝑncipem / parētibus filium /
vxori virum (quem dederas) ſubſtuliſti? vt quid ego nata ſum:
ſi fortunae incus futura eram? quid habes amaritudinis fortu
na: quod mihi nō ꝓpinaueris? infantia exilium experta eſt. pu
ericia repudium: id reſiduum erat: vt quod ſentio: pateretᷓ ado
leſcentia. quid vltra in me infida ſors valebis? mortē ſi ꝓpinas:
boe. in ꝓ. nōmodo me nō laedes: ſed magna leuabis moleſtia. mors nāq;
hominū foelix: quae triſtibus annis vocata venit. quid profuit
maria tranſiſſe: vidiſſe florentem heſperiam? vbi ſūt deus amo
ris primi illi occurſus: cū me venientē excepit dulciſſim⁹ domi
nus meus? vbi illi dulciſſimi riſus / ſuaue colloquiū / ⁊ melle lita
praecordia? nūquid ideo ad te reuocaſti immortalis deus dn̄m
meum: quia mihi inuidiſti? ſi inuidebas: quare donaſti? ſin au
tem: quare ſubſtuliſti? potuit enim ad vberem ſenectam veni
ens: optimos tibi ꝑduxiſſe ſanctimoniae fruct⁹. eūq; poſt eme
ritā poteras ad te reuocare militiā. nō ſolū ante illū ſ; ⁊ me. q̄
re diuidit mors: quos viuentes indiſſolubilis nexuit finis? nūq̄d
nō fuiſſet melius: ſi non praeueniens: ſaltē mortis ſicut ⁊ vitae

ꝑnes fierem.ʼ claudit e me intra manſoleum idem. ſub lapide
vno teneantur corpora: quoꝝ cor vnū eſt. adeſ mihi dulciſſime
genitor caeſar inuicte ⁊ quā ꝓcreaſti margaritam terrae com-
menda. ſatius eēm mihi eſt mori: quam tot preſſam anguſtijs vi-
uere. o frater dulciſſime auſtriae archidux mihi lugenti condo-
le. nō modicū plora ſuper mortuum. ioannem eēm amiſiſti fidiſ-
ſimum fratrem. rerum tuaꝝ ſingulare praeſidium. te haud ſe-
cus amore ꝓſequentem: quā ionathan legim⁹ arſiſſe dauid. tu-
is inhiantem cōmodis. tuoqꝫ ſtatui inuigilantem. Defleat teu- .i.re.xviij.
tonia ſe ſummū perdidiſſe fratrē. defleat alemania ſe optimū
perdidiſſe generum. ploret vniuerſa europa ſe decus principū
amiſiſſe. Exulta aphrica ſi vis: ⁊ quem in cunis vagientē pertī-
muiſti: timere deſine. rapt⁹ enim eſt: neqꝫ tuis mahumetes po-
terit obſiſtere coeptis. depone metum aſia ⁊ quem tibi domīa-
turū timebas: ad ſuperos deuectum ſcito. deſine turcarum ꝑn-
ceps parare machinas: ceſſa munire vrbes ſoldane: babiloniā
ſecurus inhabita: ioannes eēm (quem ab ineunte exhorreſcebas
aetate contempto ⁊ habito ⁊ habendo imperio) cum rege regū
rex viuit ¶ Fer. Flere deſine illuſtriſſima atqꝫ chariſſima fi-
lia: quod volente deo fit: patienter feramus oportet. voluntati ro.ix.
enim eius reſiſtit nemo. doloris tui plures ſūt cauſae. quae nō
te ſolam: ſed vniuerſam fere europam labefactant. me autē pa-
rentem vſqꝫ ad internitionē pene deducūt. ſed quid agas. ea le-
ge naſcitur quidquid natū eſt: vt qn̄qꝫ intereat. ceſſet fletus tu⁹
qui vulnus refricat noſtrū. virum amiſiſti quem reddere non
valemus. amorem autē paternū nōmodo nō ſeruabim⁹: ſed tā-
to is maior erit: quanto te eo indigere magis ſcimus. nouimus
enim quāti ſit momenti: virum talem tam breui amiſiſſe forſan
qđ in vtero portas: hāc poterit leuare ruinā. quod ipſe praeſtet
omnipotens ¶ M. Ruina tam grandis repari quō poteſt.ʼ
quis mihi det cū minyarum vxoribus carcerem ſubire ꝓ viro:
immo vt laconias ſuperem: vitam cōmutare cū ſponſo. egoqꝫ
obijſſem vt tu viueres ioānes mundi dec⁹. quis mihi det: vt cū
artemiſia cariae regina: ſepulchꝝ intra me viro conſtituā.ʼ vni-
atqꝫ corpora ipſa ars: quoꝝ corda vnū effecit matrimonij nex⁹.
hypſicratea mithridatis regis ponti vxor abſentiā viri etiā ad

bellum euntis nō tulit: ſed (mutata in viri ſpeciē veſte) q̄ ſum-
me diligebat virū ſecuta eſt: feram ego aeternā viri tāti abſen-
tiam.' quin potius vtinā immortalis deꝰ ad te cuꝫ ioāne sereniſ-
ſimo dulciſſimo (quē diligit anima mea) reuoca me. vt ſaltꝫ ibi
eius fruar aſpectu: quem viuēs videre minime potero. vbi es
mi ioānes reſpōde mihi. corridebis ne ridenti mihi.' venite cim-
broꝝ foeminae. vobis enim ſicut ⁊ pr̄ia: ita ⁊ facinore cōcordabo.
dabo finem miſeriȷ̈s ſuſpendio aut praecipicio.' quis enī finis in
tanta miſeria: poterit eſſe funeſtꝰ.' vos enim indigenae fama-
taeqꝫ foemīae (q̄a ſuperatos occiſoſqꝫ á gaio mario cimbros nō
deſeruiſtis: licet vobis intuleritis manꝰ) magno praeconio pſe-
quiť antiquitas. vinces me iulia iuliȷ̈ caeſaris atqꝫ corneliae filia
magniqꝫ pompeȷ̈ vxor quae (cruentas alieno etiā ſanguine vi-
ri conſpicata veſtes: dum mortuū times virū) ipſuꝫ obitu prae-
ueniſti. nōne inuicti caeſaris illuſtriſſimaeqꝫ mariae filia ego ſū
magni ioannis vxor. quā nō vincis parentibꝰ ⁊ viro: vinces vir-
tutis exemplo.' accedat potius portiae ſingulare portentuꝫ ⁊ q̄
reliquit ſine viro foeminā infoelix vita: viro copulet eiuſqꝫ cor-
pus terrae mandet, fauſta mors. ſi gladius ſubtrahiť: carbones
vicem reddant. lentulum truſtelionem ſecuta eſt in exilio clara
ſulpitia. ioānē ſummū vnicum vitae meae ſpiritū/ á mortaliuꝫ
diuiſuꝫ cetu) ſequar infoelix margarita. quid infoelix dixi: quin
potius omniū viuentium infoeliciſſima. tātoqꝫ eo titulo digni-
or: quanto fuerim hiſpano foelitior matrimonio. ſuſcitabo poti-
us pompeiae pauline memoriā ⁊ venas praecidam: quibꝰ per-
nius tangat ſanguis dilecti membra: corpuſqꝫ exhauſtum cum
eiuſdem cadauere ſocieť. heu me miſera. heu me infoelicem. hiſ-
paniae futura auguſta ſuauiſſimis fernando ⁊ iſabela fruebar
parentibus. vnicus mihi erat ex om̄i orbe electus ſponſus. nūc
vero vnico (vt ita dicā) momento tantali inſtar neqꝫ quae tan-
go deguſto poma. neqꝫ aquā bibere valeo: quam mentetenus
exultās vidi. heu mihi. tollite me parcae. filum ſuccidite. morti
me donate furiae. ¶ Fer. Nequaquaꝫ: vt video margarita
leuabiť: niſi reginaꝫ vocauero. quae (ex ſenſus integritate ⁊ cō-
munione ſexus) ipſaꝫ conſoleť: vale igiť chariſſima ⁊ dulciſſima
filia. ¶ M. Vale tu q̄ꝫ pientiſſime parens

¶ Fernandi quinti ꝛ iſabelae hiſpaniarũ ꝛ ſicili-
ae regis ꝛ reginae clariſſimoꝝ inuictiſſimorũq;
de obitu ioannis eoꝝ chariſſimi gnati dialogus
conſolatorius



¶ Ferdinandus

Salue regina: u[illegible]n oim decus. Iſabela. Saluus ſis clariſſime auguſte. iam ne plene morbo liberat⁹ ē ioannes noſter: oculoꝝ nroꝝ lumen? ¶ F. Plene morbo liberat⁹ nō modo habito: ſꝫ habēdo. ¶ Y. Quo id fieri modo poteſt: vt ab habēdo etiā morbo ſit liber? ¶ F. Quia vltimū maloꝝ mors eſt: quem obiiſſe contigit: ab omni prorſus morbo ⁊ calamitate ſaeculi nři: eſt penit⁹ alienus. ¶ Y. Temtatorie id dicis an verū eſt ioānē noſtrū eſſe vita functū. ¶ F. Vere ad pr̄es ſuos appoſit⁹ ē. ¶ Y. Heu me infoelicē: vnde huic noſtrae (quae oim maxima eſt) ruinae poterit occurri? vñ tātis incōmodis medicina poterit praeſtari? q̊ ego me conferā? ¶ F. Sine mi anime vulu⁹ hoc refricare: qȝ tuis fletib⁹ intima nři penetrat cordis ¶ Y. Quae nā mater temperaret a fletu: ſi filiū (q̄lis meus fuit) ea amiſiſſe ꝯtingeret ¶ F. Tu filio orbata es: ego vero ⁊ filiū ſimul ⁊ ſtrenuiſſimū amiſi militē. ¶ Y. Vtinaȝ ſoluerent naturae iura ⁊ caelo darent filii: neqȝ lactantes ſolū haberet. qȝ eſt tam ferreum pect⁹: quod lugenti matri nō collachrimet? ¶ F. Cōplangentis quā cōſolantis vices gerere maluiſſem: ſum enī ⁊ pater qui a dolore cōtinere nō valeo: ſꝫ ꝓ ingruentis remedio calamitatis: diſſimulare par eſt. in q̊ enim condiet reginae calamitas: ſi conſolator⁹ ſal in me nō fuerit? quia gnato ꝓdeſſe nō valeo: vxori operā nauabo: ne tabeſcat: neqȝ in interitū eat. neqȝ enī demophon charius arſit phillidem: neqȝ didonem aeneas: neqȝ iaſon oethe filiam ſic dilexit: neqȝ tantū philomena tereo placuit: neqȝ paridi helena: qȝtū mihi (foeminaꝝ omniū exemplar) regina placȝ. nihilqȝ in ea eſt: quod nō vehemēter admirer. Vos itaqȝ chari aulici iuuato me: pondusqȝ hoc mecū leuato. regina ſiquidem ſuperſtite: quidquid ſeſe diſcriminis obiecerit: tolli perqȝcito poteſt. ¶ Y. Filium amiſi vnicum mearū rex aurigā. ¶ F. Si tamen valeo: parentis dediſcam viſcera ſumamqȝ ſocratica qui in me ꝓpemodū exanimi reginā ſolari curet. ¶ Y. Filiū amiſi vnicū anguſtiaꝝ remediuȝ. ¶ F. Amiſiſti nihil quod nō acceperis. idqȝ ea ratione accepiſti: vt redderes. nihil aūt (inquit hieronim⁹) abſtulit tuū: qui dignatus eſt recipere ꝓpriuȝ.

rationes ꝯſolatoriae

¶P. Meum nō aſſeram: quē meis ex viſceribus hominē ge
nui? ¶F. Tuus quidē ó regina fuit: ſed magis dei qui te et — gen. i.°
ipſum ꝓduxit ex nihilo. ¶P. Amiſi filium meū. ¶F. — hebre. ix.
Statutū eſt omnibus hominib⁹ ſemel mori. vñ et proprio filio — ro. viij.
nō pepercit. ꝙ ſi (vt Bernardus inquit) figulo nō pepercit: nū
quid figmento parcet? ¶P. Filius me⁹ mortuus eſt ¶F.
Quid abſurdius: quā vt id (qđ ſcis omnib⁹ eſſe praeſcriptū) q̄ſi
ſpeciale deplores? ¶P. Filius meus mortuus eſt. ¶F.
Omne quod naſcitur: intereat neceſſe eſt. filiū autē tuū natum
eſſe nō ambigis: eſſe ergo interiturū neceſſe erat. ¶P. Me
um abſtulit filiū iniqua mors. ¶F. Oportet nos diuinae cō — matth. x.
cordare voluntati ſine cuius prouidētia ſumma: neq; paſſer in — matth. vi.
terram cadit. Nos autē dominica in oratione ſemꝑ id petimus — lu. xi.°
vt ſicut in caelo ita ⁊ in terra eius impleat̄ voluntas. ¶P. Si
igitur filij mei obitū de⁹ voluit: ⁊ idipſū debeo ego velle? quae
enim tam ſaeua mater eſt: vt pijſſimo carere velit gnato? ¶F.
Sunt qui dicant inter catholicos tractatores q̄libet nr̄m tene-
ri in nullo difformare ſuā voluntatē diuinae voluntati. ¶P.
Unde id probant? ¶F. Teſtimonio lucae confirmant hoc
ita dicentis. ſeruus ſciens ⁊ non faciens voluntatem domini — ca.° ii.°
ſui: plagis vapulabit multis. ⁊ praeterea aurelij auguſtini teſti
monium inducunt: qui in eis quos de ciuitate libros edidit. ideo
inquit ꝓ damnatis ⁊ demonib⁹ nō orat eccleſia: quia deū velle — li.° xi. c. xxv.
nouit eoꝝ damnationē: cui eccleſia concordans: pro eis orationē
nō fundit. legi enim aeternae (inquiunt hi) concordare ſemper
oportet. alijs nō indocte videtur nō oportere creaturā in q̄cūq;
volito diuinae voluntati ſuam conformare: dū modo omne vo
litū ſub ratione boni volitū ſit: ſicq; ex charitate volitū. ¶P.
Horum mihi ſenſus aequior rationiq; propinquior videt̄. quis
enim diceret indignari deum (qui materno impreſſit pectori a-
morem) ſi ſuper mortuū filium: eius viſcera ꝯmoueantur? q̄n-
immo ⁊ in hoc ipſa deo concordat mater. ꝙ ab ipſo impreſſū ſe-
quit̄ animi motū: idq; vult ꝙ de⁹ vult eam velle. vnde ⁊ in hoc
ꝯ legem aeternā nō agit: neq; diuinā non facit voūltatē: vt pla-
gis vapulet multis. ¶F. Recte quidē. neq; enim maternū
amorē (quem ſceleratae quaedā matres ſuae oblitae ꝯditiōis)

ut de medea ⁊ progne fabulant᷑ poetae) deſerendū cenſeo: ſ; di-
ligendos lugēdoſq; cū tollūtur liberos ſentio: ea dūmodo adſit
moderatio: ut dolorē leniat diuina (ꝗ id geſtu; ē) volūtas: luctū
q; reſurrectionis certiſſima expectatio modere᷑. eſt enī morta-
q.º de īmor-
talitate aī.
lium immortalis anim⁹ corpori reuniend⁹. induetq; mortale h̄
īmortalitatē ⁊ corruptibile incorruptionē. ❡P. Immortal'
ne eſt human⁹ anim⁹? ❡F. Irrationabiliū oīm aīae cū cor-
porib⁹ intereunt: hominū vero anim⁹ etiā ſecto in cineréſq; re-
ec̄q.º
ſoluto cadauere ꝑſeuerat. ❡P. Repugnare his ſapiētis vi-
detur auctoritas ſic enī inquit in eccleſiaſte. vnus interit⁹ eſt ho
minū ⁊ iumētoꝝ ⁊ aequa vtriuſq; conditio. Sicut mori᷑ homo:
ſic ⁊ illa moriunt᷑. ſimilit᷑ ſpirant oīa: ⁊ nihil h; homo iumento
amplius. cūcta ſubiacēt vanitati ⁊ oīa pergunt ad vnū locū. de
terra facta ſunt: ⁊ in terrā pariter reuertūtur. ꝗs nouit ſi ſpūs
filioꝝ adam aſcēdat ſurſum: ⁊ ſi ſpūs iumētoꝝ deſcēdat deorſu;
❡F. Ex ſtultoꝝ ꝑſona loq̄tur ſapiēs ꝗ ut vitae diuturnitatē
appetendā ꝯfirmarent: nihil eē poſt hanc vitae curricula aſſere
bant. ꝗd autē ſenſerit in eius operis calce explicat inquiens. re-
ecci. xiiº
uertatur puluis in terrā ſuā vnde erat: ⁊ ſpūs redeat ad deū ꝗ
dedit illū. ❡P. Animi immortalitatē fide aſtruendā nō am
bigo: ſ; quid de hac re opinati fuerint antiq̄ phi libent᷑ audirem
❡F. Qđ fides praedicat: h̄ ipſi docuere. ❡P. Phoꝝ qui?
li. iiº . xv. de a
nima
xiiº. metha.
ariſtoteles
cicero
❡F. In his quae de aīa ariſtoteles ipſe animū incorruptibilē
aſſerit atq; ꝑpetuū. ꝗd in ꝑmae calce philoſophiae aptius docet
❡P. Sūt ne ad h̄ antiq̄ꝝ aliq̄ teſtimonia? ❡F. Sūt. ❡P.
Quae? ❡F. Cicero (in eo ꝗ de ſenectute libello inſcribi᷑) i-
ta ait. Ego p̄res v̄ros ſcipio tuq; leli viros clariſſimos mihiq;
amiciſſimos viuere arbitror: ⁊ ea ꝗdē vita quae ē vera vita me
moranda. nam dū ſum⁹ in his incluſi cōpagib⁹ corpis: munere
ꝗdā neceſſitatiſ: ⁊ graui ope ꝑfugimur. eſt enī anim⁹ caeleſtis ex
altiſſimo domicilio depreſſus ⁊ ꝗſi demerſus in terrā. ſ; credo i-
mortales deos ſparſiſſe aīos in corpa humana: ut eēnt ꝗ terras
tuerent᷑: ꝗq; caeleſtiū ordinē ꝯtemplātes: imitarē᷑ cū vitae mō
atq; ꝯſtantia. ❡P. Alti⁹ rem deduci vellē? ❡F. Pythago-
pythago-
ras
ras pythagoraeiq; italici (quōdā noīati phi) ex mēte diuina noſ
habere delibatos aīos docuerūt: iōq; īmortales. ❡P. Hiſt᷑ ꝗ
ā carnib⁹ abſtinebāt ⁊ etiā comeſtibiliū aīantiū? ❡F. Sunt.

Animū ꝗppe (q̇ defecto atq; emortuo corpe manet) ingredi ani-
mātiū corpa falſo opinabant̄. cū tamē nūq; moriturū credebāt
¶ P. Proſeq̄re. ¶ F. Socrates (apollinis oraculo ſapientiſſi ſocrates
m⁹ oīm iudicat⁹) ſupmo vitae die de aīoꝝ immortalitate elegā-
ter ſapienterq; diſſeruit. ¶ P. Platonē affer. ¶ F. Plato apd̄ plato
xenophōtē ita ait. Cirrus maior moriēs haec dicit. Nolite arbi-
trari o mihi filij chariſſimi: me (cū a vobis diſceſſero) nullū aut
nūq; fore. neq; eñ cū erā vobiſcū: animū meū videbatis ſ; cū eē
in hoc corpe: ex his reb⁹ q̄s gerebā intelligebatis. eundē vo cre-
ditote etiā ſi nullū videbitis. in thimeo vero inq̄t. aīa immorta-
lis eſt. ⁊ ſecūdū q vicerit paſſiones vel victa fuerit: premiabit̄ l
puniet̄ poſt hāc vitā. Itē macrobius ſup ſomnū ſcipiōis ita ait macrobi⁹
oīb⁹ (q̇ patriā ſeruauerint: iuuerint: auxerint) certū eē in cae
lo locū vbi beati aeuo ſempiterno fruant̄. ¶ P. Affer ſi ad mē
tem veniūt alioꝝ teſtimonia. ¶ F. Septimo diuinaꝝ inſtituti
onū libro lactāti⁹ inq̄t. quid a apollinē ꝯſuluit vtrū aīa poſt mor lactantius
tē maneat: q reſpōdit Anima (q̄; diu vinculis detinet̄ in corpore
corruptibiles paſſiones ſentiēs) mortalib⁹ cedit dolorib⁹. cum
vero p⁹ humanā ſolutōē; velociſſima poſt ſolutū corp⁹ inuenit̄
oīno e terra fert̄. nūq; ſeneſcēs ⁊ man; i aeternū. lucreti⁹ q̄; (vt lucretius
idē lactāti⁹ auctor ē) inq̄t. cedit idē retro de t̄ra qd̄ fuit añ in t̄rā.
ſ; qd̄ miſſū ē ex aethereis hor;: id rurſū caeli fulgētia tēpla recep
tāt. q̇d in re plana ſmonē ꝓtraho. auerroiz/auicēna/galien⁹/q̇n-
tilian⁹/ſaluſti⁹/ſeneca didim⁹/hac vna (quae veriſſima ē) doctri
na ſuos repleuere libros: ita vt antiq̄ꝝ q̇dā (īmortalitate animi
ꝯgnita) nō mō illatā tulerit: ſ; ſuis ipi manib⁹ mortē intulerint.
theobrot⁹ phs (vt auctor ē auguſtin⁹) lecto platōis libro de īmor li.1.o de ciui.
talitate aīae: de muro ſe praecipitē dedit. mltiq; vt lactāti⁹ iq̄t) c.x.
q aeternas eē aīas ſuſpicati ſīt: tāq; in caelū migrat̄i. ſibi ipis man⁹ li.3.o diui.in
iniecere. q̄admodū cleanti/criſippo ⁊ empedocli/zenoniq; eue ſti.
niſſe aiūt. cato vo ⁊ cenſorin⁹ ⁊ vticēſis nō ſec⁹ ſibi man⁹ inieciſſe
vident̄: q̄m q̇a fuerāt de animi īmortalitate ꝯfiſi. ¶ P. Ea fre
ti (vt reor ſpe) duo decij ad voluntariā mortē curſu eq̄ꝝ icitauert
ea. l. brut⁹ ꝓ liberāda p̄ria interfect⁹ ē. ea. m. actili⁹ ad ſuppliciū ē ꝓ
fect⁹: vt fidē hoſti datā ſuarz. ea duo ſcipiōes it̄ penis ſuis corpi-
b⁹ obſtruē voluert. ea. l. paul⁹ mortē luit collegae i cānēſi ignūa
temeritatē. ea. m. marcell⁹ ꝯſiliū: neq; crudeliſſim⁹ q̄ dē hoſt; hōre

ſepulturae carcere paſſus eſt. noſtri vero martyres quãta ani-
hebre. xi. mi conſtantia paſſi ſunt: lapidati ſunt: ſecti ſunt: vt meliorem in
uenirẽt reſurrectionẽ. Videns crucẽ andreas (ad quã gaudens
ꝛ libens ierat) ő crux inquit admirabilis: o crux inenarrabilis/
o crux quae ꝑ totũ mundũ rutilas: ſuſcipe diſcipulũ chriſti nõ
me permittas errare ſicut ouem nõ habentẽ paſtorem. ſatiſq;
mihi de immortalitate animi ſententia ſedet. vt enim alia omit
tã quae huic veritati cõueniũt: cum viuentiũ ſit tanta diſtãtia
vt quidam heroice: alij vt beluae vitã agant: niſi eſſet immorta
lis animus ꝓ meritis vel demeritis poſt ſeparationẽ á corpo-
re recepturus: iniuſtꝰ videretur omnipotẽs diſtantibꝰ meritis in-
ps. x. diſtantia premia cõceſſurꝰ: iuſtꝰ antẽ deus eſt ꝛ iuſtitias dilexit
q. de mõ ſe Sed cedo cũ humanus animꝰ á corpore ſeparatur ſubito an ſuc
paratõis a ceſſiue corporis deſerit partes. ❡F. Ipſa animi corporiſq; di-
nimi á cor- uiſio quam appellamus mortẽ: inſtanti ſit: q̃uis eam quando-
pore. q; praeeant aliquae diſpoſitiões ſucceſſiuae ad mortẽ parantes
viam. ❡P. Separatus autẽ á corporis ſocietate animꝰ: q̃ nã
q. q̃ it aĩmꝰ it: aut vbi manet? ❡F. Sacrarũ ſcrutatores litterarũ ſcire
á corpe di- haec/ enodareq; decz. dicã tamẽ vt me ab eis quõq; audiſſe memi
uiſus ni. Sunt iuxta cõmunẽ diuinae iuſtitiae curſum animabꝰ poſt
mortẽ aliq̃t deſtinata receptacula: q̃bus cũ ſũt á corpore ſepara-
tae abſq; vlla donãtur mora. ❡P. Quae ſũt receptacula haec?
❡F. Caelũ/ patrũ limbꝰ/ puerorũ itẽ limbꝰ/ purgatoriũ/ ꝛ ĩfer-
nus: haec ſũt oĩm á corpe diuiſarũ receptacula animarũ. ❡Ipſa.
Quo pacto haec vt exiſtimas diuidũtur ❡F. Nõ ſatꝭ mihi
cõperta ẽ eorũ diſtãtia. neq; eñi ad id naturalis cõuincit rõ: neq; ec-
cleſiae auctoritas. dicã tamẽ vt á quibuſdã accepi catholicꝭ trac-
tatoribꝰ. ❡Ipſa. Id audire vellẽ. neq; eñi ꝓfeſſores catholici
temere quicq; docent: qđ nõ ſit ꝓbabili ſaltẽ ratione deductum
❡F. Si de q̃litatis dr̃a agatur haec eẽ exiſtimatur. caelũ beatorũ
ſpũum atq; aĩorũ ſedes eſt. patrũ limbꝰ earũ aĩarũ locus fuit quae
ſine actuali ꝛ originali migrarũt nondũ ꝑ chriſtũ humanae na
turae ſublato reatu. ĩfernꝰ earũ animarũ ẽ ſedes quae cũ actuali
mortali corpora deſeruerũt. puerorũ limbꝰ earũ quae culpã tãtũ
habẽt originalẽ. purgatoriũ quae cõmiſerũt actualia de q̃bꝰ ple
ne nõ ſatiſfecere. ĩdeoq; donec ſatiſfaciãt detinẽtur. ❡P. Ita ego ac
cepercã diſtare haec loca ſꝫ vtrũ re ipſa ꝯtinua ſibi ſit edoceri cupio

¶ Sicx. Et ſi de inferoꝝ loco certū nobis teſtimoniū deſit: vn
de auguſtinus vbi vl' qualis ſit inferoꝝ ignis ignorare ſe dicit. q
buſdam tamē ſanctoꝝ apparet infernū ſub terra locatum eſſe
ait enim quarto dialogoꝝ gregorius. quid obſtat nō video q in
fernus ſub terra eſſe credat'. idem etiā qui quōq dubitauerat
auguſtin9 in ſuo retractationū libro ita ait. mihi videor docere
debuiſſe magis q ſb terra ſunt inferi: quā rōnem reddere: cur
ſub terris eē credant' vel dicant'. cui q3 aſſtipulat' ſententiae qd p e-
ſaiam dominus ait. infern9 ſubter te conturbatus eſt in occurſu ca. xiiij.
tui. idem autē credit' eſſe loc9 inferni purgatorij & vtriuſq lim-
bi. niſi q iuxta culpaꝝ differētiā infernus infimū/ poſt purga
toriū/ tertiū pueroꝝ limbus/ quartū patꝝ limbus locū teneat.
vnde cū chriſt9 in triduo patres e limbo eduxerit: ad inferos dr
deſcendiſſe: quāuis limbum patrū & viſitauerit & expoliauerit
tantū. ¶ Sieg. Nūc ergo patrū limbus plenus ne atq habi-
tatus an inhabitat9 eſt. ¶ Sicx. Inhabitat9. ¶ Sieg. Sūt
ergo animaꝝ nūc reſidua receptacula qttuor. ¶ Sicx. Sunt
¶ Sieg. Sed quaeſo cū aliquē mori ɔtingit: deputat' cōtinuo q.ª an ſtatī
horū alicui. an mora eſt. ¶ Sicx. Nulla penit9 mora interce- poſt mortē
dit quin cōtinuo eam habeat manſionē: quae ſibi ē diuino aſſig- locus ſibi ſig
nata iuditio. quod vnico momēto & incipit' & finem hab3 ¶ Si. neniēs de-
Quō id fit. ¶ Sicx. Humana quippe iudicia ea differunt' oc putetur.
caſione: qm actoris & rei variae contentiones ꝓbatione egent.
iudex quoq ea qq ratione ſententiā differt: etiā inter partes
concluſio ꝓceſſu: vt á peritioribus ferendae ſententiae cōſilium
exquirat. ubi vero & iudici merita obeuntis nota ſunt: legeſq3 in
ris notiſſima ipſo adhuc reo culpā ſuā minime inficiāte. qua-
re inſtantanea eſt omnis illa litis ꝓſecutio diffinitioq3. ¶ Sieg
Vnde id ꝓbari valet. ¶ Sicx. Apud lucam ita legimus. mor ca. xvi.
tuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno. & factū eſt vt moreret'
mendicus & portaret' ab angelis in ſinū abrahae. Narrat etiam li. iiij.
in dialogis gregorius obeuntium quorūdam ſpūs ipſum xpm
excepiſſe. alioꝝ vero adfuiſſe in obitu demones: qui egredientē
animā raperent: ad inferoſq3 deducerent. ¶ Sieg. De mul
tis ſaltem duo narra. ¶ Sicx. De tarſilla eiuſdem amita & in
hemelijs/ & in dialogis narrat gregorius q cū febre correpta ad li. iiij.

diem ꝑueniſſet extremū. ⁊ ſicut nobilibus foeminis viriſq; mo-
rientib⁹ multi cōueniūt qui eoꝝ ꝓximos conſolent̃: eadem ho-
ra exitus ſui multi viri ac foemine ei⁹ lectulū circumſtetiſſent:
ſubito ſurſum illa reſpiciens: ieſum venientem vidit: ⁊ cū mag-
na animaduerſione coepit circūſtantib⁹ clamare dicens ſucce-
dite ieſus venit. cūq; in eum intenderet quē videbat: ſic ſancta
illa anima a corpore eſt egreſſa. tantaq; ſubito flagrātia miri o-
doris aſperſa eſt: vt ipſa quoq; ſuauitas cunctis oſtēderet: illuc
auctorem ſuauitatis veniſſe. ❡ V. De damnatis eſt ne aliq̄d

li.º q.º dialogoꝝ

apud gregoriū huic ſimile? ❡ F. Eſt. ❡ V. Quid. ❡ F.
Quendā fuiſſe romae virū gregorius ait qui filiū habuit ānoꝝ
(vt arbitrat̃) quinq;: quē nimis carnaliter diligens: remiſſe nu-
triebat. atq; idem paruulus (qd dictu ꝗ̄ graue eſt) cū mox eius
animo aliq̄d obſtitiſſet: maieſtatē dei blaſphemare cōſueuerat:
qui peſtilentia percuſſus peruenit ad mortē. cūq; eum ſuus pa-
ter in ſinu teneret: malignos ad ſe ſpirit⁹ veniſſe trementib⁹ o-
culis aſpiciens: coepit clamare. obſta pater obſta pater. qui cla-
mans declinabat faciem: vt eis in ſinu prīs abſconderet. quem
cū ille trementē requireret quid videret: puer adiunxit dicēs:
mauri homines venerūt: qui me tollere volunt. qui cum haec
dixiſſet. maieſtatis nomē ꝓtinus blaſphemauit ⁊ animā reddi-
dit. qd mauri illi iehennae ignib⁹ alligandā ꝑduxere. ❡ Vſa.
Vehementer admiror tātū facin⁹ teſta; introiſſe quinquennē.
cui tā atrox reddita ē vindicta. ſ; ⁊ ſi de multis vellē plenius do-

q.º an aīae d' fūctoꝝ viuorū recordent̃.

ceri: ad me redeo. Recordabit̃ ne nr̄m filij vrianum? ❡ F. Ni-
hilo ſetius nos memorabit̃: quā diues ille qui (apud lucā) ꝗnq;
ſe fratres reliquiſſe meminit: ꝓ ꝗ̄ꝝ eſt ſalute ſolicit⁹. ⁊ eo magis
ꝙ pie credim⁹ diuino inuixum ꝯſpectui: quo cū beatis caeteris
iucundiſſime clariſſimaeq; fruit̃ vt etiā diues ille epulo ſuis eſt
ꝓuat⁹ demeritis. ❡ V. Scit quae apud nos fiūt: quātoq; illū
ꝓſecuti fuerim⁹ luctu: quātaq; adhuc infauſti euent⁹ nos cala-
mitas teneat? ❡ F. Scit (ſi gregorio credim⁹) quicq̄d apud

li.º q.º dialo.

nos fit: factūq; eſt. nihil eīm eſt qd nō videāt: q videntē oīa vidēt
❡ V. Condolebit ne nr̄ae in q degim⁹ calamitati? fuit eīm ſemp
in nos pius. ❡ F. Neq; dolebit neq; nobis ꝯdolebit. ❡ V.
Quia ne beat⁹ effect⁹ ē: pietate q pollebat viuēs carebit mortu⁹?

apoca. vij.º

❡ F. Nō ꝙ impius ſit nō ꝯdolebit nobis: vero ꝗ ibi neq; luc-

t⁹ ē/neq₃ clamor/ſ₃ neq₃ vllus dolor. ¶ P. Quare nō? ¶ F. et.xci.
Quia nō ſecū alicui⁹ mali cōpatit̃ fœlicitas ſocietatē. eſt enī ſta boeti⁹.in₃.
tus bonoꝝ oīm aggregatiōe pfectus. ⁊ deinde qm̄ tātopere be-
ati diuinae ſūt abdicti volūtati: vt qḋ deo gratū eſt: eis gratū ſp
exiſtat. immo ea ipſa (q̄ cruciamur) abſentia effect⁹ ē laetior. reli-
quit enī parētes ⁊ deū creatorē inuenit. dolem⁹ ḡ nos tā charo
ſucceſſore orbati. ſ₃ ille quia nos dereliq̄t nō dolet. ¶ P. Eſt ne ſi aīae d̄fūc
ei facultas nos q̄nq₃ cōueniendi? ¶ F. Si auguſtino credim⁹ toꝝ q̄nq₃ vi
neq₃ mortui ad nos venire valēt: neq₃ hui⁹ tenent̃ deſiderio vi- nos ꝯueniēt
ae. Si reb⁹ inquit viuentiū intereſſent aīae mortuoꝝ: ⁊ ipſi nos in li. d̄ cura
q̄n eas videmus alloquerent̃ in ſomnis: vt de alijs taceā: me ip- agenda p
ſum pia mater nulla nocte deſereret: quae terra mariq₃ ſecuta mor.
eſt vt mecū viueret. abſit enī vt facta ſit vita fœlitiore crudelis.
vſq₃ adeo vt q̄n aliq̄d angit cor meū: nec triſtem filiū ꝯſolet̃ quē
dilexit vnice quē nunq₃ voluit maeſtū videre. Sed pfecto qḋ ſa-
cer pſalm⁹ pſonat verū ē qm̄ pat̃ meus ⁊ mater mea dereliq̄ue- ps.⁹ xxvi.⁹
rūt me: dn̄s autē aſſumpſit me. Si ḡ dereliq̄runt nos pr̄es nr̄i:
quō nr̄is curis et rebus interſunt? Si aūt parētes nō interſunt
quō ſunt alij mortuoꝝ. q̄ nouerūt quid agam⁹ q̄d ue patiamur.
Eſaias pph̄a dicit. Tu es enī pater nr̄. q̄a abrahā neſciuit nos ⁊ ca.vi.
iſrael nō ꝯgnouit nos. Si tāti pr̄iarchae q̄d erga populū ex eis
procreatū agerent̃ ignorauerūt: qb⁹ deo credētib⁹ ppl's ipe de eoꝝ
ſtirpe procreat⁹ eſt: quō mortui viuoꝝ reb⁹ atq₃ actib⁹ ꝯgnoſcen-
dis adiuuādiſq₃ miſcent̃? vult ḡ mortuoꝝ ſpūs neq₃ nr̄a curare
neq₃ ad nr̄a curādū admitti. ¶ P. Quō ḡ ſamuel pph̄a defunct⁹: .i.re.xxviij.
viuo ſauli regi fut̃a praedixit? ¶ F. Nōnulli nō ip₃ fuiſſe: q̄ po-
tuiſſ₃ magicis artib⁹ euocari: ſ₃ aliq̄ ſpūm: tā malis opib⁹ ꝯgru-
entē: illi⁹ exiſtimāt ſilitudinē ſupfiſſe. ¶ P. Quid aūt de moſe
dicturi ſum⁹: q̄ certe in deuteronimio mortu⁹: ⁊ in euāgelio cū ca.xxxiiij.
helia q̄ mortu⁹ nō eſt: legit̃ apparuiſſe viuētib⁹? quō etiā nō in- matt.xvij.
certis rumorib⁹ ſ₃ certis teſtib⁹ ꝯfeſſorē fœlicē apparuiſſe nola- mar.ix.
nis cū nola oppugnaret̃ audiuim⁹? ¶ F. Iſta diuinit⁹ exhibēt̃: lu.ix.
lōge alit̃ quā ſeſe h₃ vſitatus ordo ſingulis creaturaꝝ generib⁹ at-
tribut⁹. alij enī ſ₃ humanaꝝ limites reꝝ: alia diuinaꝝ ſigna vir-
tū. alia ſūt quae naturaliter: alia quae mirabiliter fiunt. q̄uis
⁊ naturae deus adſit vt ſit: ⁊ miraculis natura non deſit. nō igi-
tur putandū eſt ideo viuoꝝ rebus q̄libet intereſſe poſſe defunctos

qm̄ quibuſdam ſanandis vl adiuuandis martyres adfuere: ſed
ideo potius intelligendū eſt quod ꝑ diuinā potētiam martyres
in li°. de cu. viuoꝝ rebus interſunt: qm̄ defuncti per naturā ꝓpriam viuoꝝ
pro mor. a- rebus intereſſe nō poſſunt vt auguſtinus inquit. ¶ Seg. Nō
gen. eſt ergo apud deū impoſſibile mitti ad nos defunctum filium.
matth. xix. ¶ Sex. Apud deū poſſibilia ſunt omnia. ¶ Segi. Refer mi-
hi: diuina ſi benignitas animaꝝ colloquiū vitā agentib⁹ aliquā
do conceſſerit. ¶ Sex. Referam volenter. luciae nāq; ſua cū
matre ſyracuſis oranti: agatha in medio angeloꝝ ſedens gem-
mis ornata apparuiſſe ſcribit. eamq; ita eſt affata. ſoror mea lu-
cia quid ā me petis: quod ipſa cōtinuo praeſtare matri tuae po-
teris. Ambroſius teſtis eſt locuples: ꝙ agnetis peracto marty-
rio cū parentes ei⁹ octauo die iuxta tumulū pernoctarent: ag-
netem: in choro virginū fulgentib⁹ radiātem veſtibus viderūt
quae eis perinde exorſa. videto ne me ceu mortuā lugeatis. at ꝯ
gaudete mecū ⁊ ꝯgratulamini. quādoquidem lucidas cū his ō-
nibus ſedes acceperim. leproſae q̄ꝫ conſtātiae cōſtātini filiae ap-
parens hunc in modū locuta eſt. ſi in xp̄m credideris: exemplo
liberaberis. ¶ Segi. Accepta ſunt quae dicis. ſed adde plura
ſi pluriū te ſubierit recordatio. ¶ Sex. Ruffinam ⁊ ſecūdā ro-
manas olim virgines: matronae plātillae aſtitiſſe legim⁹: atq;
in hunc modū fuiſſe locutas. plautilla deſine ā flagitijs idolorū
et crede in xp̄m. et veni in praedium tuum: et corpora noſtra ſe-
peli. Mediolani antiſtes ambroſius q̄dragеſimali tp̄e (non dor-
mienti ſed ſtupenti) tres ſibi adfuiſſe inquit. quoꝝ tertius (pau-
lo apoſtolo ſua vt ferebat opinio omnino ad ſimilis) alijs tacen-
tibus ait. Iſti ſunt qui nihil terrenū deſiderātes: mea ſecuti ſūt
monita. quoꝝ corpora ī eo reperies loco in quo ſtas. duodecim
pedū altitudine terrae coopertā arcam reperies et ad caput eo-
rum libellū. in quo eoꝝ ortus cōtinetur ⁊ finis. conuocatis vici-
nis coepiſcopis fodit terrā ambroſius et beatoꝝ geruaſij ⁊ ꝓtha-
ſij corpora (vt praedixerat paulus) inuenit. conſtantino (qui ſan-
guini pepercerat paruuloꝝ) petrū ⁊ paulū legimus appariuſ-
ſe eiq; dixiſſe: qm̄ ſceleribus impoſuiſti terminū ⁊ effuſioni inno-
centis cruoris horruiſti: miſſi ſum⁹ ā xp̄o domino dare tibi recu-
perandae ſanitatis conſiliū. ſunt et cōplures ſanctaꝝ animarū

aliae apparitiōes cōſcriptae: q̄s nos (quia breuitati intendim᷒)
in mediū afferre nō curam᷒. ¶P. Quid ſi in his q̄s enume-
raſti apparitionibus nō ipſe defunctoꝝ animae: ſ; ſpirit᷒ ange-
lici eaꝝ praeferentes ſimilitudinē apparuerint? ¶F. Si de
uiuentibus in paradiſum aliq̄s poſſe rapi credimus (uam ⁊ de
paulo ſacra hoc teſiat̄ hiſtoria) quare ad viuos aliq̄s ex mortuis 2º cor.xii.
mitti poſſe dubitemus? ¶p. Satis mihi perſuaſum eſt fieri
poſſe vt q̄nq; nos reuiſat filius mortuus: qui nos nuſq̄; viuens
dereliquit. qd̄ vt fiat: oīpotentē omniq; miſericordē ſupplico
deum. Sed qm̄ de immortalitate animae longiuſculo ſermōe
immoratus es: vt de reſurrectiōe carnis etiā diſſeras cupio. ci᷒
q̄nquidē certiſſima fides: aequanimitatē aīo tribuat. Si cū fi qº de reſur
lius reſurrecturus eſt: a me iteꝝ plane aperteq; vidēdus: mihi rectiōe
q; eſt vt ante collocutur᷒: atq; ac matrē reuertitur᷒: dormiſſe po
tius q̄ obijſſe putabo. ¶F. Nō defuerūt vtiq; apud antiq̄s
etiā philoſophiae gnaros: q̄ felicitatē homīs hic obtineri poſ-
ſe crederent: ideoq; reſurrectionē negarēt. Quoꝝ falſam aſſer-
tionē fortunae varieta /humani corporis infirmitas/ſcientiae/
virtut. ſq; imperfectio: ſatis luculēter explodūt. Alij fuere prae-
terea: qui reſurrectionē infitiabātur: tanq̄ beatius victurā ani
mā abſq; corpore autumantes: immo ad beatitudinē corp᷒ om-
ne animae fugendū eē tradiderūt. Quod aurelius auguſtinus li°.xx.c.xx.de
porphiriū aſſeruiſſe litteraꝝ monumentis mādauit. Orthodo- ciui.
xis vero/chriſtianaeq; religiōis ſectatorib᷒ nihilominus corpoꝝ
reſurrectionē credere expedit: quā aīaꝝ creationē corpoꝝq; ge-
nerationē ꝓfiteri. ¶p. Haud me praeterit apud eccleſiaſti-
cos inter fidei articulos carnis numerari reſurrectionē: idq; pa
lam doceri/cātariq;. Sed eſt ne ad hoc aliqd̄ ſacrae ſcpturae teſ-
timoniū? ¶F. Sunt equidē nō pauca. ¶p. Ex multis
aliqua ſaltē profer. ¶F. Apud patiētē illū regem in hoc nr̄o
caſu futurū exemplar ita memoriae ꝓditū eſt. Credo q̄ redēp- Job.c.xix.
tor meus viuit: et in nouiſſimo die de terra ſurrectur᷒ ſū: ⁊ rur
ſum circumdabor pelle mea. Apoſtolus praeterea ad theſſaloni
cenſes ſcribens ita ait. Nolum᷒ vos ignorare fratres de dormiē i.the.iiij.
tibus vt nō contriſtemini ſicut caeteri: q̄ ſpem nō habent. Hc ēm
dicimus vobis in v̄bo domini: quia nos q̄ viuimus qui reſidui

ſumus/non praeueniem⁹ eos qui dormierūt.qm̄ ipſe dominus
in iuſſu et in voce archangeli ⁊ in tuba dei deſcendet de caelo et
mortui (qui in xp̄o ſunt) reſurgēt p̄mi.deinde nos qui viuimus
qui reſidui ſum⁹:ſimul rapiemur obuiam xp̄o in aera ⁊ ſic ſem
i.cor.xv. per cū dn̄o erimus.idem etiā ad corinthios ſcribens ait.omnes
quidem reſurgemus.quod eſaias longe ante pphetauerat in-
quiens.reſurgent mortui qui erant in ſepulchris. ¶P. Nō
.c.ii. paruā ambiguitatem ex dictis ā te concepi.p̄mo enim ſi om̄es
reſurgem⁹:quare de quibuſdā tātū daniel inquit multi de his
qui dormiūt in puluere euigilabunt.in pſalmo etiam ſcriptū le
ps°.i. gimus.nō reſurgūt impij in iudicio.idem praeterea iob (quem
.c.xiiij. huic rei validius iecisse fundamentū reris) homo inquit cū dor
mierit non reſurget:donec atteratur caelū. Caelū aūt in aeter-
nū ſtare omnes pfitentur. ¶F. Magna ſunt (quae induc)
ca°.xij. aduerſus noſtrum ppoſitum iacula. Sed audi quō theologoꝝ
ſcutis excipiant. ¶P. Audiam vltro. ¶F. Indubie reſur-
recturos omnis credimus. Vnde ⁊ apud danielem (vt auguſti
ps°.i. no placet) multi p omnes accipitur.quem modū frequenter in
ſacris teſtatur codicibus obſeruari. Impios autē in iudicio nō
reſurgere ppheta teſtatur:quia in iudicio diſcuſſionis conſciē-
tiae non reſurgūt.quod autē iob inquit hominē nō reſurgere
donec atteratur caelū naturalem excludit reſurrectionis ordi-
dinem. Sed diuinae limites potentiae nō imponit.apud quem
ro.vi. omnia poſſibilia ſunt. Decuit enim nos chriſto capiti aſtipulari
qui reſurgens ex mortuis iam non moritur ¶P. Si animae
sapi.ix. ā corporibus exutae diuina fruitione potiuntur:quid eiſ ipſis iu
gi corpora opus eſt: quod enim corpus corrumpitur animā ag-
grauat.ac quid eſt quod vltimo accepturae p̄mij ſunt. ¶F.
Hoc eis nimirum creſcit in iudicio:quod nunc animarum tan-
tum:poſtmodū vero etiam corporum beatitudine perfruent.
vt in ipſa quoqꝫ carne gaudeant:in qua dolores nomine domini
sapi. cruciatus ve libenter pertulerunt. Pro hac quippe geminata
eorum gloria ſcriptum eſt:in terra ſua duplicia poſſidebunt.
Hinc etiam ante reſurrectionis diem de ſanctoꝝ animab⁹ ſcrip
apoca.vi. tū ē. Datae ſūt illis ſingulae ſtolae albae:et dictū ē illis vt requie-

terrēt ad hunc tempus modicum donec impleatur numerus. con
seruorū et fratrū coꝝ. Qui itaqꝫ nunc singulas acceperę: binas
in iudicio stolas habituri sunt. quia modo animarū tantū: tunc
autem animaꝝ simul ⁊ corpoꝝ gloria laetabūtur. Tale quippe
corpus quia nō corrumpitur: sed incorruptibile pseuerat: idqꝫ
spirituale est: animam neutiquā grauat. ¶ P. Placetqꝫ sa-
pientū sibi psuadere nulla ratione possunt: mortaliū hominū
terrea corpora in caelū euehi posse. Unde ⁊ in tertio de re. p. ā ci
cerone cōmemoratū legimus. nam cū herculem et romuluꝫ ex
hoib⁹ deos esse factos asseuerate diceret: hoꝝ corpora inqt: non
sunt in caelū elata. neqꝫ enim natura pateretur vt id quod esset
ē terra: nisi in terra maneret ¶ F. Haec est maior sapienti-
um ratio: quoꝝ domin⁹ nouit cogitationes qm̄ vanae sunt. Sꝫ
quaeso. Si animae tantūmodo essem⁹ idest sine vllo corpore spi ps.º xciij.º
ritus: et caelū habitantes terrenoꝝ animaliū inscij essem⁹: no-
bisqꝫ futurū esse diceretur vt terrenis corporibus animandis q̄
daꝫ vinculo mirabili nectemur: nōne multo fortius argumen-
taremur id credere recusantes: naturā nō pati vt res incorpo-
rea ligamento corporeo vinciret̃ ppalantes. ⁊ tamē plena ē ter
ra vegetantibus animis: quib⁹ haec membra terrena miro mo
do sunt connexa et implicata. Cur ergo eodeꝫ volente deo (qui
fecit hoc animal) non poterit terrenū corpus in caeleste attolli:
profecto sobria ratione consulta mirabilioris esse diuini operis
reperitur in corporalibus corporalia quodammodo attexere:
quam (licet diuersa quia illa celestia ista terrestria tamē) corpo-
ra ⁊ corpora copulare ¶ P. Platone aristoteleqꝫ magistris:
elementa suo pondere ita instituta sunt: vt terra hinc sursum p
ma sit: secunda aqua super terram: Tertius aer super aquam.
Quartum (vt plato vult) super aera caelū: vel vt aristoteli pla p.º de caelo
cet ignis. Non igitur potest terrenum corpus in caelo esse. Pro- ⁊ 1.º d gene.
prijs enim momentis (vt ordinem suum teneant) singula ele-
menta librantur. ¶ Fer. His ecce argumentis om-
nipotētiae dei humana ꝯdicit infirmitas: quā possidet vanitas
Quid ḡ faciūt in aere terrena tot corpa: cū ā terra sit aer terti⁹:
nisi forte q̄ p plumaꝝ ⁊ pēnaꝝ donauit leuitatē auiū trenis cor-

poribus vt portent̃ in aere: immortalib⁹ factis corporib⁹ hoīꝫ nō
poterit donare v̓tutē: qua etiā in ſummo caelo valeant habita-
re:ʼ Animalia q̄ꝫ terrena (quae volare nō poſſunt) in quib⁹ hoīes
ſunt: ſicut ſub aqua piſces quae ſunt aquaꝝ aīalia: ita ſub terra
viuere debuerūt. cur ergo nō ſaltē de ſecūdo id eſt ꝺ aquis: ſꝫ de
elemento tertio terrenū aīal capit hanc vitā:ʼ q̄re cū ꝑtineat ad
terrā: in ſecūdo elemēto viuere ſi cogat̃ ꝯtinuo ſuffocat̃: et viuit
in tertio. deficit ergo in hoc vane opinantiū argumētatio. Si e-
nim humana ars efficit vt ex metallis (quae in aquis poſita ꝯti
nuo ſubmergūtur) quibuſdā modis vaſa fabricata natare poſ-
ſint: habeantq̄ ad hoc formā ab artifice praeſtitam: q̄re huic cō-
tradicit̃: ſi q̄litatē accipiat humanū corpus ab omnipotēti deo:
qua ferri in caelū ⁊ eſſe poſſit in caelo:ʼ ❡ v. Eſt ne apud an-
tiq̄s rei huius aliq̄d ſimile. ❡ F. Eſt inq̄. naꝫ inter magna
deoꝝ ſuoꝝ miracula varro narrat veſtalē v̓ginē cū periclitaret̃
falſa ſuſpitione de ſtupro: cribrū impleſſe aqua de tiberi: ⁊ ad ſu
os iudices nulla ſtillante eius parte portaſſe. Quis aquae pōd⁹
ſupra cribrū tenuit:ʼ quis tot cauernis patentibus nihil inde in
terrā cadere ꝑmiſit:ʼ hoc aūt alicui demoni vľ deo ipſi aſſcribūt.
Si deus: nūquid maior deo q̄ fecit hunc mundū:ʼ Si demon: nū
quid potentior ē angelo qui deo ſeruit:ʼ a q̄ factus ē mūdus. Si
geñ. i. q̄ angelus vel demō potuit pondus elemēti humidi ſic ſuſpen-
dere vt aquaꝝ videat̃ mutata fuiſſe natura: ita ne deus omīpo-
tens (qui ipſa creauit) elemento terreno corpori graue pondus
auferre nō poterit: vt in eodē elemēto habitet viuificatū corp⁹:
in q̄ voluerit viuificās ſpūs:ʼ ❡ v. Cordi ſunt quae dicis: atq̄
alia etiā nunc audire animus eſt. ❡ F. Ita eſt (vt phiſici cre-
dūt) elementoꝝ ordo diſpoſitus: vt duobus mediis id eſt aere ⁊
aqua: duo extrema id eſt ignis ⁊ terra iungant̃: caeliq̄ obtineat
ſummū locū ille: hae cantē īmū. Secūdū hāc q̄ppe rationē quē-
admodū nolunt in ſummo eſſe poſſe qd̄ imū eſt: ita neq̄ in imo
poſſet eſſe quod ſummū eſt. Nūc vero nō ſolū in terris verūeti-
am ſub terris ita eſt: vt cum eructent vertices montiū: praeter
qd̄ in vſibus hoīm: et eſſe ignē in terra: ⁊ eum naſci videmus ex
terra: q̄nquidē ⁊ de lignis ⁊ de lapidibus naſcit̃. quae ſunt corpo
ra ſine dubitatione terrena. ❡ v. Ignis ille ſummus tran-

quillus/purus/immortis/ ſempiternus eſt. iſte autē turb'dus/
fume⁹/corruptibil' atq; corruptor. ¶F. Iſto fit illi iſte diſſi/
milis vt terrenis habitationibus ɔgruat. cur ergo nolūt vt cre/
dat' natura corpoꝝ terrenoꝝ aliquādo incorruptibilis facta cae/
lo futura cōueniens: ſicut nūc ignis corruptibilis: his conuenit
terris. nihil itaq; afferri poteſt ex ponderib⁹ elementoꝝ omni/
potēti deo: q̊min⁹ talia faciat corpa nr̄a: vt etiā in caelo ꝑenniť
habitare poſſint ¶P. Satis mihi ex dictis mortuos (q̇b⁹ iā
eſt dei volūtate chariſſimus nobis annumerat⁹ ioānes) reſur/
recturos perſuaſum: eſt. coꝝ q; ſpiritus iunctis ſibi corporib⁹ cae
lū inhabituros Sed quaeſo quo id pacto fiet. cadauerū eīm aliđ
eſt verſu; in puluerē aliud exhalatū in auras/aliud beſtiae ſi/
ue ignis abſumpſit. alia naufragio vel quibuſcūq; aquis ita q̇/
dem pereunt: vt coꝝ carnes in humore; putredo diſſoluat: vel
piſcis voret. quae omnia recolligi in carnē & reintegrari poſſe: i/
poſſibile apparet. S; inter haec quaeſtio illa diffi cillima ꝓpo
nitur. In cuius carnē redditura ſit caro: qua corp⁹ alterius veſ
centis humana viſcera (fame cōpellente) nutritur. In carnem
quippe cōuerſa eſt eius: qui talibus vixit alimētis & ea quae ma
cies oſtenderat: detrimenta ſuppleuit. ¶F. Ad ſuſcitanda
corpora/vitaeq; reddēda: poteſt nimirū omnipotentia creatoꝛ
reuocare omnia: quae beſtia/vel ignis abſumpſit: vl' quicquid
ipſum in puluerem cinerem ue collapſum eſt: vel in humo/
rem ſolutū/vl' in auras exhalatu; . Abſit eīm vt ſinus vll⁹/ſecre
tiūq; naturae/ita recipiat aliq̇d nr̄is ſenſibus ſubtractū: vt oīm
creatoris aut lateat cognitionē/aut fugeat poteſtate; . Pcte it
igitur omnipotens ex quibuſcūq; etia; abditiſſimis locis reuo/
care: quod de viuentis fuit integritate corporis. q̄uis ſi om nib⁹
periſſet modis: nec vlla eius materies in vllis naturae latebris
remanſiſſet: vnde vellet eam repararet omnipotēs. Illa vero
quaeſtio (quae difficilior videť caeteris) ſoluēda eſt. Si eīm quiſ/
quā cōfectus fame atq; compulſus: hominū cadauerib⁹ veſca/ iiij.re.vi.
tur (quod malū aliquotiens accidiſſe vetus teſtať hiſtoria) non
quiſq; veridica ratione cōtendet totū digeſtū eſſe per imos me/
atus: nihilq; inde in eius carnē mutatū atq; cōuerſum: cū ipſa
macies (quae fuit & nō eſt) ſatis indicet: quae illis eſcis detrimē

ta ſuppleta ſint: quicq̄d carniū exhauſit fames: vtiq; in auras ē
exhalatum. vnde ꝓculdubio omnipotentē deum reuocare qd̄
fugit aſſerimus. Reddetur autē caro illa homini in q̄ eſſe caro
humana ꝑmitus coepit ab illo altero tāq; mutuo ſumpta depu
tanda eſt. Quae ſicut aes alienū: ei reddenda eſt vnde ſumpta
eſt. ſua vero illi quē fames exinanierat: ab eo qui poteſt etiā ex-
halata reuocare reddet᷑. Veritatis enī voce certiores effecti ꝙ ā
matth. io. reſurgentibus capillus de capite nō peribit: ōnes partes (quae
cuiuſq; integrarūt corpus) reſurrecturas credim᷒. ¶ P.
Si capillus de reſurgentis capite nō peribit: reddet᷑ quicq̄d tō-
dentibus decidit. Quod ſi rediturū eſt: q̇s nō exhorrebit illā de-
formitatē? Quod ⁊ de vnguib᷒ videt᷑ neceſſario ꝯſequens: vt re
deat tam multū qd̄ corporis curatura deſecuit. de macie q̄q; vel
pinguedine ſimiliter occurrit. Quid autē de quibuſdā foedita-
tibus ⁊ vitijs ſiue occidant ſiue naſcantur. Quid de monſtroſis
partub᷒. Si enim haec reſurgere detur: vbi erit decus: qd̄ certe
maius (quā in iſta corruptione eſſe potuit) in illa iam immorta-
litate eſſe debebit. Si autē non redibunt: ergo peribūt: quomo-
matth. io. do ergo capillus capitis non peribit? ¶ R. Quod ait domi-
nus. Capillus capitis veſtri nō peribit: non de longitudine: ſed
de numero capilloꝝ dictū multo aptius intelligi poteſt. Sicq; ī-
telligi placet: vt neq; capillus/ neq; vnguis/ pereant. Quod ve-
ro de pinguedine ⁊ macie ⁊ quibuſdam deformitatibus induci-
tur: ſic intelligi decet Ea quae factura erāt deformitatē: maſſae
ipſi acceſſura eſſe: non locis in quibus membroꝝ forma turpet᷑:
veluti ſi de limo vas fieret: quod rurſus in eundem limū redac-
tum totum de toto iteꝝ fieret: non eſſet neceſſe vt illa pars limi:
quae in anſa fuerat ad anſam redeat: aut quae fundū fecerat: ip
ſa rurſus faciat fundum: dum tamē totum reuertat᷑ in totum
id eſt totus ille lim᷒ in totū vas nulla ſui perdita pte. poterit au
tē quaſq; deformitates humanoꝝ corpoꝝ nō modo vſitatas: ve-
rū etiā raras atq; monſtroſas (quae huic miſerae vitae conue-
niūt abhorrent aūt ab illa futa foelicitate ſctōꝝ) ſic auferre/ aut
perdere: vt quaecunq; eaꝝ faciūt indecora excremēta ſubſtātiae
corporalis: nulla eius diminutione tollātur. Si enī ſtatuam po
teſt artifex hō quā deformem fecerat: conflare ⁊ pulcherrimā

reddere: ita vt nihil inde ſubſtãtiae ſed ſola deformitas pereat:
ac ſi quid in illa deniq; figura priore indecent' ſtabat nec parilita
ti partium ꝯgruebat: de toto vnde fecerat amputare atq; ſepa-
rare: ſed ita conſpargere vniuerſa atq; miſcere: vt nec foeditatẽ
faciat/ nec minuat quãtitatẽ; quid de omnipotente artifice ſen-
tiendũ eſt? Reſtituetur ergo: ⁊ quicq̃d de corporibus viuis/ vel
poſt mortem de cadaueribus perijt ⁊ ſimul cũ eo quod in ſepul
chris remanſit/ in ſpiritualis corporis nouitatẽ ex animalis cor-
poris vetuſtate mutatum: reſurget: in corruptione/ atq; im-
mortalitate veſtitum. ¶ P. Erit ne reſurgentis corpus ſpi-
rituale ideſt in ſpiritũ mutatũ atq; conuerſum? Sic enim vide-
tur docere apoſtolus inquiens. Seminatur corpꝰ animale: ſur-
get ſpirituale. ¶ F. Non ideo reſurgentis corpus ſpirituale i. cor. xv.
dicit': quia ſit in ſpiritum vertendũ/ atq; mutandũ. ſed quomo-
do carnales appellat apoſtolus qui etſi ſpiritũ habeant ſunt ta
men ſubditi carni: ſic ſpirituale reſurgentis dicit' corpus qđ etſi i. cor. 3.
caro ſit: eſt tamen ſpiritui ſubdita. ¶ P. Erit omniũ reſur-
gentium ſpirituale corpus? ¶ F. Beatorum tantum. Nam
damnati corpus habebũt ſicut in vita: ita ⁊ poſt reſurrectionẽ
põdere preſſum ſpirituiq; reluctans. Quae ſit autem ſpiritua-
lis corporis gratia: quae nondum venit in experimentũ: vere-
or ne temerarium ſit: omne quod de illa ꝓfertur. Vt autẽ com-
munis ſacrorum habet profeſſorum auctoritas: ex animae glo-
rificatae largitione aliquot ei vnito corpori ꝓuenient dotes.
¶ P. Quae? ¶ F. Claritas/ agilitas/ ſubtilitas/ ⁊ impaſſi
bilitas. ¶ P. Magna haec ſunt. ſ; heus quaeſo cuiꝰ aetatis
erit cor noſtrũ ioannes? cum enim a nobis (tanq̃ noſtri corpo-
ris pars) ſectus diuiſuſq; eſt: annum agebat vnde viginti: inſu
per ⁊ menſes tres cum paucis aliquot diebus. ¶ F. In ea
reſurget aetate in qua chriſtus reſurrexit caput noſtrum ⁊ pri-
miciae dormiẽtium. Ita enim docet apoſtolus inquiens donec
occurramus omnes in menſuram aetatis plenitudinis chriſti. ephe. iiij.
¶ P. Si chriſtꝰ primiciae dormientiũ eſt: quõ verũ erit qđ mat-
thaeus caeteriq; narrant? in paſſione inquiũt chriſti monumẽ- mat. xxvij
ta aperta ſunt ⁊ multa ſanctorum corpora quae dormierãt: ſur-
rexerunt. Si in paſſione chriſti aliorum ſurrexerunt corpora:

chriſtū in reſurrectione praeuenerūt triduo. ¶F. Hāc (quae apparet) ɔtrarietatē: aliter hieronymus/aliter auguſtin⁹/tol lere nitūtur. Hieronym⁹ nāq3 eos (q̄ in chriſti paſſione ſurrexiſ ſe narrant) tāq3 nō iterū morituros ad vitā redijſſe inq̄t. Quos tamē ſurrexiſſe opinat᷑ non qua paſſus ſ3 q̄ hora reſurrexit xp̄s.

mat.xxvij Unde qd̄ matthaeus inq̄t: monumēta aperta ſunt ⁊ multa cor poꝛa ſanctoꝝ quae doꝛmierant ſurrexerūt: per anticipationem dictū eſſe putat. vt monumenta illo terrae motu aperta intelli gant᷑: cū chriſtus in cruce penderet: reſurrexiſſe autē iuſtoꝝ cor poꝛa nō tunc: ſed cū prioꝛ ille reſurrexit. Auguſtino v̄o alia mēs eſt. Iuſtoꝝ enim coꝛpoꝛa (patiēte dn̄o) reſurrexiſſe credit: ſic ta men ꝗ iterū moꝛtui ſunt addicti. fuitq3 iuxta hūc ſenſum imper

.i.coꝝ.xv. fecta coꝝ reſurrectio. Doꝛmientiū aūt p̄miciae vocatur chriſt⁹: qm̄ pfecte reſurgentiū ſicut cauſa: ita fuit ⁊ tempoꝛe prioꝛ. Per

io.xi. hunc quippe modū reſurrexiſſe credendū eſt lazarū: vt tamen poſtea moꝛtē obiret. ¶P. Sed heus cuius ſtaturae reſur get in nouiſſimo ioannes noſter? ¶F. Ut ſancti tractato res affirmant: eius (cuius in termino augmenti fuiſſet ſi tamē natura nō erraſſet) reſurrecturus eſt. ¶P Reſurgēt nani? ¶F. Diuinae reparanti potentiae: tam facilis eſt in pomilio ne defectionis ſuppletio: quā fuit in p̄mo hominū coꝛpoꝛis de li

ephe.iiij. mo foꝛmatio. ¶P. Sed qm̄ apoſtolus inquit nos om̄es oc curſuros chriſto in virū perfectū: foeminae reſurgēt in ꝓprio ſexu: an virili donabūtur? ¶F. Utrūq3 ſexum reſurrecturū eſſe non dubito. ¶P. Erit ḡ in nudis confuſio coꝛpoꝛibus.

gen.2º ¶F. Non libido ibi erit quae confuſionis eſt cauſa. nam priuſ q̄ peccaſſent: nudi erant et non confundebantur vir ⁊ foemina coꝛpoꝛibus enim illis vitia detrahentur: natura ſeruabitur. nō eſt autē vitium ſexus foemineus: ſ3 natura quae tunc quidē á concubitu et á partu erit immunis. erunt tamen membꝛa foe minea non accommodata vſui veteri: ſed decoꝛi nouo. quo non alliciatur aſpicientis concupiſcentia (quae nulla erit) ſ3 dei lau detur ſapientia atq3 clementia. qui et quod non erat fecit. ⁊ li berauit á coꝛruptione quod fecit. qui ergo vtrumq3 ſexum in ſtituit: vtrumq3 reſtituet. vnde ⁊ ipſe ieſus interrogatus á ſadu

matt.xxij. ceis (qui negabāt reſurrectionem) cuius ſeptem fratrum erit

vxor: quam ſinguli habuerunt: dum quiſqꝫ eorum vellet defun- ſ vtero. xx
ti ſemen ſicut lex praeceperat excitare: erratis inquit neſciētes v.
ſcripturas neqꝫ virtutem dei. Et cum aptus eſſet locus vt dice-
ret: de qua me interrogatis vir erit, ipſa nō mulier. non hoc dix-
it. ſed inqnit in reſurrectione neqꝫ nubent neqꝫ nubentur: ſed e-
runt ſicut angeli dei in caelo. nuptias ergo domin⁹ futuras ne-
gauit in reſurrectione. non foeminas ❡P. Quid ergo apoſ- ephe. iiii.
tolus ſibi vult cum ait donec occurramus omnes in virum per-
fectum. ❡F. Virum ab animi virtute: non a ſexu reſurgē-
tem apoſtolus vocat. Mares quippe et foeminae: non mobili
fragiliqꝫ (quali hic mente vixere) ſed ꝯſtantes robuſtiqꝫ effecti
reſurgent. ⁊ ſicut bonorū voluntas immortali deo tenaciter in-
haerebit: ita malorum erit peruicax atqꝫ obſtinata volitio. E-
runtqꝫ ſicut ſanctorum corpora ꝓpter redundantem animi glo-
riam perpetua: ſic malorum incorruptibilia: eritqꝫ in vtriſqꝫ et
corporis ⁊ animi immobilitas. ❡P. ꝙ beatorum corpora
(quae bonorum fuerunt operum ſiue cauſae/ ſiue inſtrumēta)
ſpo dono glorie incorrupta permaneant: ſatis mihi perſuaſum
eſt. damnatorum vero (quae aeternus ille ignis exuret) quinoſ-
tro (quem videmus et experimur igne) fortior horribiliorqꝫ eſt:
quo pacto cum exurūtur minime abſumantur: non video.
❡F. Omnipotentis nimirum nutu (cui omnia poſſibilia ſit) matth. xix.
hoc fieri tradunt. ❡P. Miſerorum refugium eſt: ad omni-
potētiam dei referre: quae fiunt. Aliquo igitur exemplo huma-
na corpora in aeternorum igniū durare tormentis (ſi occurrit)
perſuade. ❡F. Animalia quippe corruptibilia aliqua ſunt:
quae tamen medijs in ignibus viuunt. nonnullum etiam ver-
mium genus eſt: quod in calidarum aquarum ſcaturigine re-
peritur: quarum feruorem nemo impune contractat: illos
autem non ſolum manere: ſed ſine vlla laeſione. ibi eſſe tradūt.
❡P Haec exempla non ſatis quadrant: naꝫ ⁊ animalia haec
non ſemper viuunt. et in illis feruoribus ſine doloribus viuūt.
ſuae quippe naturae conuenientibus vegetantur: illis nō cru-
ciantur elementis. ❡F. Incredibilius eſt vegetari: quam
talibus cruciari rebus. mirabile eſt in ignibus dolere tamē vi-
uere. ſed mirabilius: in ignib⁹ viuere nec dolere. Si autem hoc

creditur: cur non illud? ¶ P. Nullum eſt corpus q̄d
dolere poſſit: nec mori poſſit. ¶ Ferdinandus. Vn-
de hoc ſcimus? quod experti non ſumus: nequaquam eſſe poſ-
ſe arbitramur. Cuius rationis eſt dolorem facere mortis argu-
mentum: cum vitae ſit potius inditium? dolor enim niſi in re-
uiuente eſſe non poteſt. neceſſe eſt ergo vt viuat dolens. nō eſt
neceſſe vt occidat dolor. ¶ Yſabela. q̄ aliquid in ignib⁹
perpetuo viuat ſiue dolens ſiue non dolens: capi humana mē-
te non valet. ¶ Fer. Multa nimirum fides catholica
ps. xciij. probat: quae humana cogitatio (quoniam vana eſt) impuden-
matt. xxv. ter quandoq; reſpuit. voce autem veritatis: edi qui á ſiniſtris
ſunt: in ignem mittuntur aeternum cum diabolo & angelis ei⁹
ſine fine puniendi. quod vnum: catholicam mentem ad perpe-
tuam atq; interminabilem damnatorum corporum duratiōez
(ſi in fideliter non diſſentit) efficaciter conuincit. ¶ P.
Et ſi fidelibus ſacra praeſtet hiſtoria conuincens argumentū:
